PAPPI ALEXANDRINI

COLLECTIONIS

QUAE SUPERSUNT

E LIBRIS MANU SCRIPTIS EDIDIT

LATINA INTERPRETATIONE ET COMMENTARIIS

INSTRUXIT

FRIDERICUS HULTSCH.

VOLUMEN II.

INSUNT LIBRORUM VI ET VII RELIQUIAE.

BEROLINI

APUD WEIDMANNOS

MDCCCLXXVII.

PRAEFATIO.

In edenda hac Pappi Alexandrini collectione cum aliae difficultates multae ac permagnae obstabant, tum id sedulo elaborandum erat, ut concinna et recensendi et adnotandi et interpretandi ratio atque etiam aequabilitas quaedam dicendi generis formularumque per omnem operis complexum servaretur. Itaque ne minima quidem totius collectionis pars in publicum prodire potuit, antequam omnis verborum contextus recensus, perpolitus, Latina interpretatione et commentariis instructus esset. Sed initio ne hoc quidem constabat, quo ordine pensum per complures annos continuandum absolverem. Nam cum seposito, ut par erat, secundi libri fragmento primum tertii libri initium pertractare coepissem, statim equidem cognovi nudam interpretationem non satis esse ad verba Graeci scriptoris illustranda, sed tamen, quanta commentariis amplitudo concedenda esset, non ita facile deliberanti mihi liquebat. Primum enim necessitate quadam mens et consilium interpretis eo deducebatur, ut quam latissimi commentarii pro tanta rerum a Pappo traditarum et gravitate et difficultate adderentur: at sic intolerabilem in modum horum voluminum ambitum augendum esse mox animadvertebam, neque tamen medio in opere editoris principis esse videbam ea iam praestare quae, nisi finita editione et omnium prompto adspectu sub oculis posito, commode explicari non possent. Ergo brevitati quidem inprimis inserviendum, sed non minorem perspicuitatis curam habendam esse existimavi, quod propositum quo facilius exercere et confirmare possem, ad septimum potius Pappi librum me converti, cui illustrando Halleius, Simsonus, Chasles, viri doctrina et ingenio excellentissimi, atque alii nonnulli, pro sua quisque parte laudabiliter meriti, egregiam iam dudum operam impenderant. Quorum vestigiis insistentem eam interpretandi rationem, quae Graeco scriptori mathematico optime conveniret, aptius in dies me conformaturum esse sperabam. Sic igitur septimum librum primo quasi cursu unoque tenore absolvi; tum priores eiusdem partes, quas antea minus expertus composueram, saepius retractavi et, quantum in me erat, emendare studui.

Et quoniam de nostra interpretandi ratione iam in exordio primi voluminis (p. XXII sq.) satis, ut videtur, dictum est, nunc de interpolandi tantum negotio pauca addamus. Nam plurimi Pappi loci aptissime ac brevissime illustrari poterant ita, ut intermediae argumentationis particulae, quas ipse scriptor tamquam consentaneas omisisset, probabili coniectura restitutae insererentur Latinae interpretationi. Ergo idem saepius committere coacti sumus, quod totiens in Graeco verborum contextu a nonnullis interpolatoribus vetustioribus factum notavimus. Verum equidem in Latina versione et distinctis litterarum ductibus lacunas, ut ita dicam, demonstrationis explere conatus sum: Graeca nimirum verba antiquitus tradita, nisi forte oscitantia librariorum singulos locos corruptos esse appareret, intacta reliqui. At fingas, si placet, veterem virum mathematicum Graeco sermone Pappi theoremata ac problemata aliis sive audientibus sive lecturis explicantem, num ille tandem supersedere potuit, quin suas passim notas, interpretationes, coniecturas adderet? Quae supplementa cum primum marginibus Graecorum Pappi collectionis exemplorum adscripta essent, postea transcripta a librariis medium in contextum migraverunt. Haec igitur postero editori, qui restituendae veteris scriptoris orationi intentus esset, accuratissime indaganda erant et notanda; in quibus multa sine dubio apparuerunt absurda, multa etiam temere composita; sed alia rursus satis probabilia ac minime inconcinna, quae quidem nos, prout cuiusque loci ratio ac natura ferebat, interpolata esse significavimus aut suspiciones certe quasdam adnotavimus, tamen eadem scholiorum instar aestimanda eaque de causa non plane neglegenda esse existimamus. Ne multa, nisi nimiam typorum, quibus libri exprimuntur, varietatem evitare voluissem, haec quae bonorum interpretum scholia esse dico, similiter atque olim in Heronis geometria, diversis litteris ab ipsa Pappi scriptura distinxissem.

Sed ut ad propositum redeam, confectis septimi libri commentariis ac tum interpretationis octavi libri lineamentis primis descriptis, ad initium collectionis redii et reliquos deinceps libros exegi. Ita cum denique ad sextum, qui est de rebus astronomicis, pervenissem, plures quam in omni reliquo opere repperi difficultates, plures haesitandi causas, plures nostrae de veterum mathematicis scientiae lacunas. Quid, quod in iis sexti libri partibus, quibus Pappus scripta quaedam his etiam temporibus servata percensuit ac nonnulla minus recte composita esse demonstravit, multa dubia fuerunt atque obscura? at vero deperditis aut nondum in publicum editis aliis libris, quorum censuram Pappus ibidem egit, cum eos quos ille reprehenderet locos nobis comparare non liceret, quid tandem paulo probabilius coniici, quid certius constitui potuit? Sed compertum habebam Autolyci et Theodosii librorum nondum editorum, quos Pappus passim citat, praestantissimum codicem Romae in bibliotheca Vaticana latere; huius igitur apographum, antequam Pappi mei secundum volumen in lucem prodire concederem, illinc repetendum esse decrevi. Itaque anno 1876 in Italiam profectus trimestri spatio cum alia quaedam Pappi scripta adhuc ignota conquisivi, tum illos quos dixi libros descripsi, emendavi, iterum cum Vaticano codice contuli. Sic in manibus meis sunt Autolyci liber *περὶ κινουμένης σφαίρας*, eiusdem *περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων* libri duo, Theodosii *περὶ οἰκήσεων* liber unus, eiusdem *περὶ ἡμερῶν καὶ νυκτῶν* duo, suis figuris ac notis geometricis instructi (non perturbatis, ut apud Auriam) et satis, ut opinor, emendati, quorum cunctorum ambitus est versuum quattuor milium trecentorum viginti.

Publici autem iuris eos quos dixi libros fieri et propter ipsorum auctoritatem opus est idemque Pappi etiam causa optandum, cuius oratio nonnullis locis qui sunt de sphaerae conversione ac de ortu et occasu siderum, nisi disertis verbis citabuntur illi vetustiores testes, indigna usque obscuritate laborabit. Sed antequam haec quoque editio lucem adspiciet, excutiendi sunt codices manu scripti, qui in aliis bibliothecis servantur, et, num forte alii vel vetustiores vel praestantiores Vaticano exstent, inquirendum. Atque interim de omnibus rebus quae ad illam futuram editionem pertinent, iudicium retinendum esse duco, nisi quod codicem Hamburgensem, cuius notitiam nuper patefecit Ricardus Hoche*), multo emendatiorem esse commemoro et Monacensi libro et illo, qui olim Sambuci medici fuit, sed eundem tamen a Vaticani integritate aliquanto distare.

Scribebam Dresdae d. XX m. Aprilis a. MDCCCLXXVII.

*) *Αὐτολύκου περὶ κινουμένης σφαίρας καὶ περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων*. Recensuit Ricardus Hoche. *Programm der Gelehrtenschule des Johanneums zu Hamburg*, 1877. Quo libello editor Autolyci definitiones et propositiones a Dasypodio editas recognovit ac passim emendavit. Theodosii librorum *περὶ οἰκήσεων* et *περὶ ἡμερῶν καὶ νυκτῶν* propositiones ex codicis Sambuciani, quo Dasypodius olim usus est, apographo repetivit Franciscus Eyssenhardt in Fleckeiseni annal. philol. a. 1868 p. 243—248.

ΠΑΠΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ ΣΥΝΑΓΩΓΗ.

PAPPI ALEXANDRINI
COLLECTIONIS RELIQUIAE.

ΠΑΠΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ ΣΥΝΑΓΩΓΗΣ ϛ.

Περιέχει δὲ ἀποριῶν λύσεις τῶν ἐν τῷ μικρῷ ἀστρονομουμένῳ.

1 *Πολλοὶ τῶν τὸν ἀστρονομούμενον τόπον διδασκόντων ἀμελέστερον τῶν προτάσεων ἀκούοντες τὰ μὲν προστιθέασιν ὡς ἀναγκαῖα, τὰ δὲ παραλείπουσιν ὡς οὐκ ἀναγκαῖα. λέγουσιν γὰρ ἐπὶ τοῦ ἕκτου θεωρήματος τοῦ τρίτου τῶν Θεοδοσίου σφαιρικῶν, ὅτι δεῖ τῶν δύο μεγίστων κύκλων ἑκάτερον ὑπὸ τοῦ διὰ τῶν πόλων τῆς σφαίρας τέμνεσθαι πρὸς ὀρθάς· τοῦτο δὲ οὐ πάντως. ὁμοίως δὲ παραλείπουσιν ἐν τῷ β' θεωρήματι τῶν φαινομένων Εὐκλείδου, ποσάκις ὁ ζῳδιακὸς [δὶς] ἔσται ὀρθὸς πρὸς τὸν ὁρίζοντα. κἂν τῷ δ' θεωρήματι τοῦ περὶ ἡμερῶν καὶ νυκτῶν ψευδογραφοῦσι τὸν Θεοδόσιον, καὶ ἄλλα δέ τινα τῶν ἑξῆς ὡς οὐκ ἀναγκαῖα παραλείπουσιν, ὧν ἕκαστον ἐπιδείξομεν ἡμεῖς.*

2 *α'. Ἐὰν ἐπὶ σφαιρικῆς ἐπιφανείας τρεῖς περιφέρειαι μεγίστων κύκλων τέμνωσιν ἀλλήλας, ὧν ἑκάστη ἐλάττων ἐστὶν ἡμικυκλίου, δύο τῆς λοιπῆς μείζονές εἰσιν πάντῃ μεταλαμβανόμεναι.*

---

1. 2. ϛ̄ et in marg. *π̊ εχει τὸ ϛ̄ τ̂ παππου ἀπορῖ λύσεις τ̂ ἐν τῶι μικρῶι αστρονομουμένωι* A3, *πάππου τοῦ ἀλεξανδρέως συναγωγῆς ἕκτον· περιέχει δὲ τῶν ἐν τῷ μικρῷ ἀστρονομουμένῳ θεωρημάτων ἀπόρων λύσεις* B, *ΠΑΠΠΟΥ ἀλεξανδρέως συναγωγῶν μαθηματικῶν τὸ ἕκτον. περιέχει δὲ ἀποριῶν λύσεις τῶν ἐν τῷ μικρῷ ἀστρονομουμένων* S 6. *ἕκτου* ABS, *secundo Co* (falso: vide infra cap. 13. 23 sq.) 8. *πο∗λ∗ων* A2 ex *πολλῶν* 10. *β̂* A, *β̄ω'* B, *δευτέρῳ* S 11. *ζωδιακὸς* ABS, corr. *Hu* *δὶς* del. *Hu* coll. cap. 104 *δ̂* A, *τετάρτῳ* B, om. S 12. *τῷ περὶ* BS 13. *ὡς* add. *Hu* 15. *ᾱ* A1 in marg. (B), *Θεώρημα πρῶτον* S

Pappi Alexandrini collectionis liber VI.

Continet theorematum difficilium, quae sunt in minore collectione astronomicorum [1], *solutiones.*

Multi qui astronomiae disciplinam profitentur, cum ipsi neglegentius propositiones perceperint, alia tamquam necessaria addunt, alia contra, quasi non sint necessaria, omittunt. Nam ad sextum theorema tertii Theodosii sphaericorum *libri* adnotant utrumque duorum maximorum circulorum ab eo qui per polos sphaerae transit oportere ad rectos angulos secari; at hoc non semper *ita se habet* [2]. Similiter in secundo Euclidis phaenomenon theoremate omittunt, quotiens zodiacus ad horizontem rectus sit [3]. Et in quarto theoremate Theodosii *primi libri* de diebus et noctibus [4] *rationem scriptoris* falso interpretantur, atque etiam deinceps alia nonnulla tamquam supervacanea praetermittunt, quae nos singillatim demonstrabimus.

IN THEODOSII SPHAERICA.

I. Si in sphaerica superficie tres maximorum circulorum circumferentiae se secent, quarum unaquaeque semicirculo minor sit, binae maiores sunt reliquâ, quomodocunque sumptae. Prop. 1

1) "Praeter magnam syntaxin Claudii Ptolemaei — quam *μέγαν ἀστρονόμον* appellabant, Alexandrinis in pretio fuit alter codex dictus *μικρὸς ἀστρονόμος* sive, ut e Pappo Vossius (lib. de scientiis math. XXXIII § 18 p. 168) observat, *μικρὸς ἀστρονομούμενος*, in qua collectione continebantur hi libri: Theodosii Tripolitae sphaericorum libri III, Euclidis data, optica, catoptrica ac phaenomena, Theodosii Tripolitae de habitationibus et noctibus ac diebus libri II, Autolyci Pitanaei de sphaera mota, et libri II de ortu atque occasu stellarum inerrantium, Aristarchi Samii de magnitudinibus ac distantiis solis ac lunae, Hypsiclis Alexandrini *ἀναφορικὸς* sive de ascensionibus, Menelai sphaericorum libri III" Fabricius in Biblioth. Gr. vol. II p. 88 (sive ed. Harles. vol. IV p. 16).

2) Vide huius VI libri cap. 13—32.

3) Ibidem cap. 104—129.

4) Ibidem cap. 48—68.

Τεμνέτωσαν γὰρ ἀλλήλας μεγίστων κύκλων περιφέρειαι κατὰ τὰ Α Β Γ σημεῖα· λέγω ὅτι αἱ δύο τῆς λοιπῆς μείζονές εἰσιν πάντη μεταλαμβανόμεναι.



Εἰλήφθω γὰρ τὸ κέντρον τῆς σφαίρας, τὸ δ' αὐτὸ καὶ τῶν ΑΒ ΒΓ ΓΑ περιφερειῶν, καὶ ἔστω τὸ Δ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΔΑ ΔΒ ΔΓ. ἐπεὶ οὖν στερεὰ γωνία ἡ πρὸς τῷ Δ ὑπὸ γ' γωνιῶν ἐπιπέδων τῶν ὑπὸ ΑΔΒ ΒΔΓ ΓΔΑ περιέχεται, δύο τῆς λοιπῆς μείζονές εἰσιν πάντη μεταλαμβανόμεναι. καὶ βεβήκασιν αἱ ὑπὸ ΑΔΒ ΒΔΓ ΓΔΑ γωνίαι ἐπὶ τῶν ΑΒ ΒΓ ΓΑ περιφερειῶν· αἱ δύο ἄρα τῆς λοιπῆς μείζονές εἰσιν πάντη μεταλαμβανόμεναι.

Καλεῖ δὲ τὸ τοιοῦτο σχῆμα Μενέλαος ἐν τοῖς σφαιρικοῖς τρίπλευρον.

3 *β'. Ἐὰν τριπλεύρου ἐπὶ μιᾶς πλευρᾶς δύο κύκλων μεγίστων περιφέρειαι συσταθῶσιν ἐντός, αἱ συσταθεῖσαι τῶν λοιπῶν τοῦ τριπλεύρου δύο πλευρῶν ἐλάττονες ἔσονται.*

Τριπλεύρου γὰρ τοῦ ΑΒΓ ἐπὶ μιᾶς πλευρᾶς τῆς ΒΓ δύο μεγίστων κύκλων περιφέρειαι συνεστάτωσαν ἐντὸς αἱ ΒΔΓ· λέγω ὅτι αἱ ΒΔΓ τῶν ΒΑΓ ἐλάττονές εἰσιν.

Ἐπεὶ παντὸς τριπλεύρου αἱ δύο πλευραὶ τῆς λοιπῆς μείζονές εἰσιν, αἱ ἄρα ΓΕ ΕΔ τῆς ΓΔ μείζονές εἰσιν. κοινὴ προσκείσθω ἡ ΔΒ· αἱ ἄρα ΓΕΒ τῶν ΓΔΒ μείζονές εἰσιν. πάλιν ἐπεὶ παντὸς τριπλεύρου αἱ δύο πλευραὶ τῆς λοιπῆς μείζονές εἰσιν, αἱ ἄρα ΒΑΕ τῆς ΕΒ μείζονές εἰσιν. κοινὴ προσκείσθω ἡ ΕΓ· αἱ ἄρα ΒΑΓ τῶν ΒΕΓ μείζονές εἰσιν. ἀλλ' αἱ ΒΕΓ τῶν ΒΔΓ μείζονές εἰσιν· πολλῷ ἄρα αἱ ΒΑΓ τῶν ΒΔΓ μείζονές εἰσιν.

---

1. *Τεμνέτωσαν* — 4. *μεταλαμβανόμεναι* om. S   18. $\overline{B}$ A[1] in marg. (BS)   24. *παντὸς τριγώνου αἱ* S   25. *ἄρα* add. *Hu*

Maximorum enim circulorum circumferentiae se secent in punctis $\alpha\ \beta\ \gamma$; dico binas reliquâ maiores esse quomodocunque sumptas.

Sumatur enim sphaerae centrum, quod item circumferentiarum $\alpha\beta$ $\beta\gamma$ $\gamma\alpha$ centrum est, sitque δ, et iungantur rectae $\delta\alpha$ $\delta\beta$ $\delta\gamma$. Iam quia solidus angulus, qui est ad δ, tribus planis angulis $\alpha\delta\beta$ $\beta\delta\gamma$ $\gamma\delta\alpha$ continetur, bini reliquo maiores sunt quomodocunque sumpti (*elem. 11, 20*). Et anguli $\alpha\delta\beta$ $\beta\delta\gamma$ $\gamma\delta\alpha$ circumferentiis $\alpha\beta$ $\beta\gamma$ $\gamma\alpha$ insistunt; ergo *propter elem. 6, 33* binae *circumferentiae* maiores sunt reliquâ, quomodocunque sumptae.

Eiusmodi figuram Menelaus in sphaericis trilaterum appellat[1].

II. Si in uno latere trianguli sphaerici duae maximorum circulorum circumferentiae intra constituantur, hae reliquis duobus trianguli lateribus minores erunt. Prop. 2



Trianguli enim sphaerici $\alpha\beta\gamma$ in uno latere $\beta\gamma$ duae maximorum circulorum circumferentiae intra constituantur $\beta\delta$ $\delta\gamma$; dico esse circumferentias

$$\beta\delta + \delta\gamma < \beta\alpha + \alpha\gamma.$$

Quoniam omnis trianguli sphaerici bina latera reliquo maiora sunt (*propos. 1*), sunt igitur $\gamma\varepsilon + \varepsilon\delta > \gamma\delta$. Communis apponatur $\delta\beta$; ergo

$$\gamma\varepsilon + \varepsilon\beta > \gamma\delta + \delta\beta.$$

Rursus quia omnis trianguli sphaerici bina latera reliquo maiora sunt, sunt igitur $\beta\alpha + \alpha\varepsilon > \varepsilon\beta$. Communis apponatur $\varepsilon\gamma$; ergo

$\beta\alpha + \alpha\gamma > \gamma\varepsilon + \varepsilon\beta$. Sed *demonstratae* sunt
$\gamma\varepsilon + \varepsilon\beta > \gamma\delta + \delta\beta$; multo igitur sunt
$\beta\alpha + \alpha\gamma > \beta\delta + \delta\gamma$.

1) "Nos multorum exemplo triangulum sphaericum dicemus" *Co.* Eadem appellatio legitur in Menelai sphaericis ex Hebraico et Arabico sermone conversis ab Edm. Halleio, Oxonii 1758.

4 γʹ. Τριῶν κύκλων μεγίστων περιφέρειαι αἱ *ΑΒ ΑΓ ΑΔ* μεγίστου κύκλου περιφέρειαν τὴν *ΒΔ* τεμνέτωσαν, καὶ ἔστω ἑκάστη μὲν τῶν *ΑΒ ΑΓ ΑΔ* ἐλάσσων τεταρτημορίου, ἴση δὲ ἡ *ΒΓ* τῇ *ΓΔ*· δεῖξαι ὅτι συναμφότερος ἡ *ΒΑΔ* τῆς *ΑΓ* μείζων ἐστὶν ἢ διπλῆ.



Κείσθω τῇ *ΑΓ* ἴση ἡ *ΓΕ*. ἐπεὶ ἐλάσσων τεταρτημορίου ἡ *ΑΓ*, ἐλάσσων ἄρα τεταρτημορίου καὶ ἡ *ΓΕ*· ἐλάσσων ἄρα ἡμικυκλίου ἡ *ΑΕ*· οὐκ ἄρα ὁ *ΑΔ* κύκλος προσαναπληρούμενος ἥξει διὰ τοῦ *Ε*. γεγράφθω οὖν διὰ τῶν *Ε Δ* μέγιστος κύκλος ὁ *ΕΔΖ*, καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ μὲν *ΔΓ* τῇ *ΓΒ*, ἡ δὲ *ΑΓ* τῇ *ΓΕ*, ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ἀπὸ τοῦ *Δ* ἐπὶ τὸ *Ε* τῇ ἀπὸ τοῦ *Α* ἐπὶ τὸ *Β*· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ *ΒΑ* περιφέρεια τῇ *ΔΕ* περιφερείᾳ. ἐπεὶ δὲ παντὸς τριπλεύρου αἱ δύο τῆς λοιπῆς μείζονές εἰσιν, ἴση δὲ ἡ μὲν *ΔΕ* τῇ *ΑΒ*, ἡ δὲ *ΕΓ* τῇ *ΓΑ*, συναμφότερος ἄρα ἡ *ΒΑΔ* τῆς *ΑΓ* μείζων ἐστὶν ἢ διπλῆ.

5 δʹ. Τεσσάρων κύκλων μεγίστων περιφέρειαι αἱ *ΑΒ ΑΓ ΑΔ ΑΕ* μεγίστου κύκλου περιφέρειαν τὴν *ΒΕ* τεμνέτωσαν, καὶ ἔστω ἡ μὲν *ΒΓ* ἴση τῇ *ΔΕ*, ἑκάστη δὲ τῶν *ΑΒ ΑΓ ΑΔ ΑΕ* ἐλάσσων τεταρτημορίου· δεῖξαι ὅτι συναμφότερος ἡ *ΒΑΕ* συναμφοτέρου τῆς *ΓΑΔ* ἐστὶ μείζων.

Τετμήσθω ἡ *ΓΔ* δίχα τῷ *Ζ*, καὶ γεγράφθω διὰ τῶν *Α Ζ* μέγιστος κύκλος ὁ *ΑΖΗ*, καὶ κείσθω τῇ *ΑΖ* ἴση ἡ *ΖΗ*, καὶ γεγράφθω διὰ μὲν τῶν *Η Ε* μέγιστος κύκλος ὁ *ΗΕΚ*, διὰ δὲ τῶν *Η Δ* μέγιστος κύκλος ὁ *ΗΔΘ*. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ μὲν *ΗΖ* τῇ *ΖΑ*, ἡ δὲ *ΔΖ* τῇ *ΖΓ*, ἴση ἄρα ἐστὶν καὶ ἡ *ΔΗ* τῇ *ΓΑ*. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ *ΕΗ* τῇ

1. Γ^{ov} add. B(S) 3. τετάρτη μορίου A[1] ex τετάρται μορίου, coniunx. BS 7. τετάρτη μορίου A, coniunx. BS, item vs. 8 et 25 12. τῶν $\overline{E\Delta}$ A, distinx. BS 20. τῆς *ΑΓ* Hu, τῆι $\overline{A\Gamma}$ A[3]BS 22. *Δ* A[1] in marg. (BS) 27—30. τῶν $\overline{AZ}$ — τῶν $\overline{HE}$ — τῶν $\overline{H\Delta}$ A, distinx. BS

III. Trium circulorum maximorum circumferentiae $\alpha\beta$ $\alpha\gamma$ $\alpha\delta$ secent maximi circuli circumferentiam $\beta\delta$, et sint singulae $\alpha\beta$ $\alpha\gamma$ $\alpha\delta$ minores quadrante, $\beta\gamma$ autem aequalis ipsi $\gamma\delta$; demonstretur esse $\beta\alpha + \alpha\delta > 2\alpha\gamma$. Prop. 3

Ponatur $\gamma\varepsilon = \alpha\gamma$. Iam quia $\alpha\gamma$ minor est quadrante, minor igitur quadrante etiam $\gamma\varepsilon$ est; ergo $\alpha\varepsilon$ minor semicirculo; itaque circulus $\alpha\delta$ completus non transibit per ε*). Iam per puncta ε δ maximus circulus $\varepsilon\delta\zeta$ describatur (*sphaeric.* 1, 20), et quia *ex hypothesi* est $\delta\gamma = \gamma\beta$, et *ex constructione* $\alpha\gamma = \gamma\varepsilon$, recta igitur a δ ad ε aequalis est rectae ab α ad β (*sphaeric.* 3, 3); ergo circumferentiae $\beta\alpha$ $\delta\varepsilon$ aequales sunt (*elem.* 3, 28). Iam quia omnis trianguli sphaerici bina latera reliquo maiora sunt (*propos.* 1), *sunt igitur*

$\alpha\delta + \delta\varepsilon > \alpha\varepsilon$, *id est* $> \alpha\gamma + \gamma\varepsilon$. Et quia est

$\delta\varepsilon = \alpha\beta$, et $\alpha\gamma = \gamma\varepsilon$, est igitur

$\beta\alpha + \alpha\delta > 2\alpha\gamma$.

IV. Quattuor circulorum maximorum circumferentiae $\alpha\beta$ $\alpha\gamma$ $\alpha\delta$ $\alpha\varepsilon$ secent maximi circuli circumferentiam $\beta\varepsilon$, et sit $\beta\gamma = \delta\varepsilon$, et singulae $\alpha\beta$ $\alpha\gamma$ $\alpha\delta$ $\alpha\varepsilon$ minores quadrante; demonstretur esse Prop. 4

$$\beta\alpha + \alpha\varepsilon > \gamma\alpha + \alpha\delta.$$



Circumferentia $\gamma\delta$ bifariam secetur in ζ, et per α ζ maximus circulus $\alpha\zeta\eta$ describatur, ac ponatur $\zeta\eta = \alpha\zeta$, et per η ε ducatur maximus circulus $\eta\varepsilon\kappa$, et per η δ maximus circulus $\eta\delta\vartheta$. Iam quia est $\alpha\zeta = \zeta\eta$, et $\delta\zeta = \zeta\gamma$, *propter ea quae superiore lemmate demonstravimus* est etiam $\delta\eta = \gamma\alpha$. Eadem ratione etiam *demonstratur* $\varepsilon\eta = \beta\alpha$. Iam quia in trian-

*) Maximos enim circulos in sphaera sese bifariam secare demonstrat Theodosius sphaeric. 1, 11 (*Co*), qui liber hinc usque omisso auctoris nomine citabitur.

ΒΑ ἐστὶν ἴση. ἐπεὶ δὲ τριπλεύρου τοῦ ΗΕΑ ἐπὶ μιᾶς τῶν πλευρῶν τῆς ΗΑ δύο συνεστᾶσιν ἐντὸς αἱ ΑΔ ΔΗ, αἱ ΑΔΗ ἄρα τῶν ΑΕΗ ἐλάσσονές εἰσιν, ὥστε αἱ ΑΕΗ ῶντ ΑΔΗ μείζονές εἰσιν. ἴση δὲ ἡ μὲν ΕΗ τῇ ΑΒ, ἡ δὲ ΗΔ τῇ ΑΓ· συναμφότερος ἄρα ἡ ΒΑΕ συναμφοτέρου τῆς ΓΑΔ μείζων ἐστίν, ὅπερ: ~

6 *ε΄. Τούτων προδεδειγμένων ἔστω τὸ ε΄ θεώρημα τοῦ γ΄ τῶν Θεοδοσίου σφαιρικῶν ἄλλως δεῖξαι.*



Ἐπὶ γὰρ μεγίστου κύκλου περιφερείας τοῦ ΑΒΓ ὁ πόλος ἔστω τῶν παραλλήλων ὁ Α, καὶ τοῦτον τεμνέτωσαν δύο μέγιστοι κύκλοι πρὸς ὀρθάς, ὧν ὁ μὲν ΒΓ τῶν παραλλήλων, ὁ δὲ ΕΖ λοξὸς πρὸς τοὺς παραλλήλους, καὶ ἀπειλήφθωσαν ἀπὸ τοῦ ΕΖ ἴσαι περιφέρειαι ἑξῆς ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη αἱ ΗΘΚ, καὶ γεγράφθωσαν κύκλοι διὰ τῶν Η Θ Κ σημείων παράλληλοι τῷ ΒΓ οἱ ΜΝ ΞΟ ΠΡ· δεῖξαι ὅτι μείζων ἐστὶν ἡ ΠΞ τῆς ΜΞ.

Γεγράφθωσαν γὰρ διὰ τοῦ Α καὶ ἑκάστου τῶν Κ Η Θ μέγιστοι κύκλοι οἱ ΑΚ ΑΘ ΑΗ· φανερὸν δὴ ὅτι ἑκάστη τῶν ΑΚ ΑΘ ΑΗ περιφερειῶν ἐλάσσων ἐστὶν τεταρτημορίου (ἐπειδὴ τεταρτημορίου ἐστὶν ἡ ἀπὸ τοῦ Α ἕως τοῦ ΒΓ μεγίστου κύκλου). ἐπεὶ οὖν τριῶν μεγίστων κύκλων περιφέρειαι αἱ ΑΚ ΑΘ ΑΗ μεγίστου κύκλου τοῦ ΕΖ περιφέρειαν τέμνουσιν, καὶ ἔστιν ἴση ἡ ΚΘ τῇ ΘΗ, ἑκάστη

---

5. *τῇ* $\overline{ΑΓ}$ (ante *συναμφ.*) A¹B³, *τῇ* $\overline{ΓΔ}$ A²B¹S 7. *ε΄* add. BS 7. 8. *τὸ* $\overline{Ε}$ — *τοῦ Γ΄* AB, *τὸ πέμπτον — τοῦ τρίτου* S 12. *ὁ Α*] *τὸ Α σημεῖον* Theodos. sphaer. 3, 5 14. *κύκλοι* — 24. *τῆς ΜΞ*] haec paulo aliter enuntiata sunt atque apud Theodos. 19. *ἀπὸ* Theodos.

guli sphaerici $\eta\varepsilon\alpha$ uno latere $\eta\zeta\alpha$ duae *maximorum circulorum* circumferentiae $\eta\delta$ $\delta\alpha$ intra constitutae sunt, *propter lemma II* sunt $\eta\delta + \delta\alpha < \eta\varepsilon + \varepsilon\alpha$, id est

$\alpha\varepsilon + \varepsilon\eta > \alpha\delta + \delta\eta$. Sed est $\varepsilon\eta = \beta\alpha$, et

$\delta\eta = \gamma\alpha$; ergo

$\beta\alpha + \alpha\varepsilon > \gamma\alpha + \alpha\delta$, q. e. d.

V. His praemissis *propositum* sit quintum theorema tertii Theodosii sphaericorum libri[1]) aliter demonstrare. Prop. 5

Etenim in circumferentia maximi circuli $\alpha\beta\gamma$ sit parallelorum polus α, et hunc *circulum* ad rectos angulos secent duo maximi circuli, quorum alter $\beta\gamma$ sit *unus* parallelorum, alter autem $\varepsilon\zeta$ obliquus ad parallelos, et in circulo $\varepsilon\zeta$ aequales circumferentiae continuae $\eta\vartheta$ $\vartheta\varkappa$ ad easdem partes abscindantur, et per puncta $\varkappa$ ϑ η describantur circuli $\mu\nu$ ξo $\pi\varrho$ paralleli circulo $\beta\gamma$; demonstretur circumferentiam $\pi\xi$ maiorem esse quam $\xi\mu$.

Describantur per α et singula puncta $\varkappa$ ϑ η maximi circuli $\alpha\varkappa$ $\alpha\vartheta$ $\alpha\eta$; apparet singulas circumferentias $\alpha\varkappa$ $\alpha\vartheta$ $\alpha\eta$ minores esse quadrante (quoniam *ex hypothesi duo maximi circuli $\alpha\beta\gamma$ $\beta\gamma$ ad rectos angulos se secant, itaque propter sphaeric. 1, 13* circumferentia ab α ad maximum circulum $\beta\gamma$ quadrans est). Iam quia trium maximorum circulorum circumferentiae $\alpha\varkappa$ $\alpha\vartheta$ $\alpha\eta$ secant maximi circuli circumferentiam $\varepsilon\zeta$, et $\varkappa\vartheta$ $\vartheta\eta$ aequales sunt, ac singulae $\alpha\varkappa$ $\alpha\vartheta$ $\alpha\eta$ mi-

1) Ipsam propositionem repetere Pappus supersedit, quae a Theodosio his verbis est enuntiata: *Ἐὰν ἐπὶ μεγίστου κύκλου περιφερείας ὁ πόλος ᾖ τῶν παραλλήλων, καὶ τοῦτον τέμνωσι δύο μέγιστοι κύκλοι πρὸς ὀρθάς, ὧν ὁ μὲν εἷς τῶν παραλλήλων, ὁ δὲ ἕτερος λοξὸς πρὸς τοὺς παραλλήλους, ἀπὸ δὲ τοῦ λοξοῦ κύκλου ἴσαι περιφέρειαι ἀποληφθῶσιν ἑξῆς ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τοῦ μεγίστου τῶν παραλλήλων, διὰ δὲ τῶν γινομένων σημείων παράλληλοι κύκλοι γραφῶσιν, ἀνίσους ἀπολήψονται περιφερείας τοῦ ἐξ ἀρχῆς μεγίστου κύκλου τὰς μεταξὺ αὐτῶν, καὶ μείζονα ἀεὶ τὴν ἔγγιον τοῦ μεγίστου τῶν παραλλήλων τῆς πορρώτερον.*

Co, *ἐπὶ* ABS   23. *τῶν* $\overline{H\Theta K}$ — *οἱ* $\overline{MN\Xi}$ $\overline{O\Pi P}$ A, distinx. BS   25. *τῶν* $\overline{KH\Theta}$ A, distinx. BS   27. *τετάρτη μορίου* A, coniunx. BS, item vs. 28 et p. 482, 1. 15

δὲ τῶν ΑΚ ΑΘ ΑΗ ἐλάσσων ἐστὶν τεταρτημορίου, διὰ ἄρα τὸ προδεδειγμένον συναμφότερος ἡ ΚΑΗ τῆς ΑΘ μείζων ἐστὶν ἢ διπλῆ, ὧν συναμφότερος ἡ ΚΑΤ τῆς ΑΣ ἐστὶν διπλῆ (αἱ γὰρ τρεῖς αἱ ΑΣ ΑΚ ΑΤ ἴσαι ἀλλήλαις εἰσὶν διὰ τοῦ πόλου)· λοιπὴ ἄρα ἡ ΤΗ τῆς ΣΘ μείζων ἐστὶν ἢ διπλῆ. ἴση δὲ ἡ ΣΘ τῇ ΤΥ· ἡ ΗΥ ἄρα τῆς ΤΥ μείζων ἐστίν. ἴση δὲ ἡ μὲν ΗΥ τῇ ΠΞ, ἡ δὲ ΥΤ τῇ ΞΜ· μείζων ἄρα ἡ ΠΞ τῆς ΞΜ, ὅπερ: ∼

7 ϛʹ. Ἔστω δὴ δεῖξαι μὴ οὐσῶν συνεχῶν τῶν ἴσων περιφερειῶν (τοῦτο γὰρ οὐκ ἔδειξεν Θεοδόσιος), καὶ ἔστω τὸ αὐτὸ σχῆμα, αἱ δὲ ἴσαι περιφέρειαι ἔστωσαν αἱ ΗΘ ΚΛ, καὶ ἔστωσαν οἱ παράλληλοι κύκλοι οἱ ΜΝ ΞΟ ΠΡ ΣΤ, καὶ γεγράφθωσαν διὰ τοῦ Α καὶ ἑκάστου τῶν Η Θ Κ Λ μέγιστοι κύκλοι οἱ ΑΗ ΑΘ ΑΚ ΑΛ· ἔσονται δὴ ἐλάσσονες τεταρτημορίου. καὶ ἔσται διὰ τὸ ἐπάνω δʹ θεώρημα συναμφότερος ἡ ΛΑΗ συναμφοτέρου τῆς ΚΑΘ μείζων, συναμφότερος δὲ ἡ ΛΑΧ συναμφοτέρῳ τῇ ΥΑΦ ἴση ἐστίν (ἐκ πόλου γάρ εἰσιν τοῦ ΜΝ κύκλου)· λοιπὴ ἄρα ἡ ΧΗ συναμφοτέρου τῆς ΦΘ ΥΚ μείζων ἐστίν. ἴση δὲ ἡ ΦΘ τῇ ΧΨ· λοιπὴ ἄρα ἡ ΨΗ τῆς ΥΚ μείζων ἐστίν. ἴση δὲ ἡ μὲν ΨΗ τῇ ΣΠ, ἡ δὲ ΥΚ τῇ ΜΞ· μείζων ἄρα καὶ ἡ ΣΠ τῆς ΜΞ, ὅπερ: ∼

8 ζʹ. Ἔστω νῦν ἄλλως τὸ αὐτὸ δεῖξαι. ἐπὶ γὰρ μεγίστου κύκλου περιφερείας τοῦ ΑΒΓ ὁ πόλος ἔστω τῶν παραλλήλων, καὶ τοῦτον τεμνέτωσαν δύο μέγιστοι κύκλοι οἱ ΔΕ ΒΓ πρὸς ὀρθάς, ὧν ὁ μὲν ΒΓ ἔστω τῶν παραλλήλων, ὁ δὲ ΔΕ λοξὸς πρὸς τοὺς παραλλήλους, καὶ ἀπὸ τοῦ ΔΕ ἴσαι περιφέρειαι αἱ ΖΗ ΘΚ, καὶ γεγράφθωσαν παράλληλοι κύκλοι οἱ ΑΜ ΝΞ ΟΠ ΡΣ· λέγω ὅτι μείζων ἐστὶν ἡ ΟΡ τῆς ΝΛ.

---

9. ϛ A[1] in marg. (BS) 12. *αἱ παράλληλοι*, omisso *κύκλοι*, B (sed *αἱ* mutatum ex *οἱ*) cod. *Co*, *αἱ* del. *Co* 13. *τῶν* $\overline{Η Θ}$ $\overline{Κ Λ}$ ABS, distinx. *Hu* 15. *Δʹ* AB, *τέταρτον* S 16. *μειζωνων* A, *μείζων ὧν* B, corr. S 17. post *ἐστιν* (sic A), quod om. S, add. *διὰ τοῦ* $\overline{Α}$ ABS, del. *Co* 18. *λοιπῆι* A, corr. BS *ἡ ΧΗ Co* pro *ἡ* $\overline{ΧΝ}$ 20. *λοι-*

nores quadrante, est igitur propter *lemma* supra (*III*) demonstratum $\kappa\alpha + \alpha\eta > 2\alpha\vartheta$. Sed quia *ex hypothesi circuli* $\mu\nu$ polus est α, ideoque $\alpha\kappa = \alpha\sigma = \alpha\tau$, est *igitur* $\kappa\alpha + \alpha\tau = 2\alpha\sigma$; restat igitur $\tau\eta > 2\sigma\vartheta$. Sed est $\sigma\vartheta = \tau\upsilon$ (*sphaeric. 2, 10*); ergo $\eta\upsilon > \tau\upsilon$. Et est $\eta\upsilon = \pi\xi$, et $\tau\upsilon = \mu\xi$; ergo $\pi\xi > \xi\mu$, q. e. d.

VI. Sed *propositum* sit *idem* demonstrare, si non continuae sint circumferentiae (id quod Theodosius omisit), et, manente *ceteroquin* eadem figura, aequales sint circumferentiae $\eta\vartheta$ $\kappa\lambda$, et sint paralleli circuli $\mu\nu$ ξo $\pi\varrho$ $\sigma\tau$, et describantur per α et singula puncta η ϑ κ λ maximorum circulorum circumferentiae $\alpha\eta$ $\alpha\vartheta$ $\alpha\kappa$ $\alpha\lambda$; hae igitur minores erunt quadrante (*V*). Ac propter superius IV theorema erit Prop. 6



$\lambda\alpha + \alpha\eta > \kappa\alpha + \alpha\vartheta$, et, quia circuli $\mu\nu$ polus est α,
$\lambda\alpha + \alpha\chi = \nu\alpha + \alpha\varphi$; restat igitur
$\chi\eta > \varphi\vartheta + \upsilon\kappa$. Sed est $\varphi\vartheta = \chi\psi$; restat igitur
$\psi\eta > \upsilon\kappa$. Sed est $\psi\eta = \pi\sigma$, et $\upsilon\kappa = \mu\xi$; ergo
$\pi\sigma > \mu\xi$, q. e. d.

VII. Iam *propositum* sit idem aliter demonstrare. Etenim in maximi circuli $\alpha\beta\gamma$ circumferentia sit polus parallelorum, et hunc *circulum* duo maximi circuli $\delta\varepsilon$ $\beta\gamma$ ad rectos angulos secent, quorum alter $\beta\gamma$ sit *unus* parallelorum, alter autem $\delta\varepsilon$ obliquus ad parallelos, et in circulo $\delta\varepsilon$ aequales *abscindantur* circumferentiae $\zeta\eta$ $\vartheta\kappa$, et describantur paralleli circuli $\lambda\mu$ $\nu\xi$ $o\pi$ $\varrho\sigma$; dico circumferentiam ϱo maiorem esse quam $\nu\lambda$. Prop. 7

πηι (sine acc.) A, corr. BS   23. ζ A[1] in marg. (BS)   25. μέγιστοι add. *Hu* auctore *Co*

Ἡ γὰρ ΖΗ τῇ ΗΘ ἤτοι σύμμετρός ἐστιν ἢ οὔ. ἔστω πρότερον σύμμετρος. ἴση δὲ ἡ ΗΖ τῇ ΘΚ· καὶ ἡ ΘΚ τῇ ΘΗ ἄρα σύμμετρός ἐστιν· αἱ τρεῖς ἄρα αἱ ΖΗ ΗΘ ΘΚ σύμμετροι ἀλλήλαις εἰσίν. διῃρήσθωσαν οὖν εἰς τὰ μέτρα τοῖς Τ Υ Φ Χ Ψ, καὶ γεγράφθωσαν διὰ τῶν Τ Υ Φ Χ Ψ παράλληλοι κύκλοι οἱ ΩΤ ,ΔΥ Φ,Β Χ,Γ Ψ,Δ. καὶ ἐπεὶ αἱ ΖΤ ΤΥ ΥΗ ΗΦ ΦΘ ΘΧ ΧΨ ΨΚ περιφέρειαι ἴσαι



ἀλλήλαις εἰσίν, αἱ ἄρα ΡΩ Ω,Λ ,ΛΟ Ο,Β ,ΒΝ Ν,Γ ,Γ,Δ ,ΔΛ ἄνισοι εἰσὶν ἐξ ἀρχῆς ἀρχόμεναι ἀπὸ μεγίστης τῆς ΡΩ. καὶ ἔστιν ἴσον τὸ πλῆθος τῶν ΡΩ Ω,Λ ,ΛΟ τῷ πλήθει τῶν Ν,Γ ,Γ,Δ ,ΔΛ· μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ ΡΟ τῆς ΝΛ.

9 η'. Ἀλλὰ δὴ τῶν αὐτῶν ὑποκειμένων μὴ ἔστω σύμμετρος ἡ ΖΗ τῇ ΗΘ· λέγω ὅτι καὶ οὕτως μείζων ἐστὶν ἡ ΡΟ τῆς ΛΝ.

Εἰ γὰρ μή, ἤτοι ἴση ἐστὶν ἢ ἐλάσσων. ἔστω πρότερον ἐλάσσων, καὶ κείσθω τῇ ΡΟ ἴση ἡ Ν,Γ, καὶ τριῶν γραμμῶν ὁμογενῶν τῶν ΛΝ Ν,Γ ΝΟ εἰλήφθω τῇ μὲν ΝΟ σύμμετρος, τῆς δὲ Ν,Γ μείζων, τῆς δὲ ΝΛ ἐλάσσων, καὶ ἔστω ἡ Ν,Δ, καὶ ἔστωσαν οἱ παράλληλοι κύκλοι οἱ Χ,Γ Ψ,Δ, καὶ κείσθω τῇ ΨΘ ἴση ἡ ΗΤ, καὶ ἔστω ὁ παράλληλος κύκλος ὁ ΤΩ. ἐπεὶ οὖν σύμμετρός ἐστιν ἑκατέρα τῶν ΨΘ

8. 9. τοῖς ΤΥ ΦΧ Ψ et 10. 11. τῶν ΤΥ ΦΧ Ψ AB, corr. Paris. 2368 12. 13. οἱ ωΤ ΔΥ Φ Β Χ Γ Ψ Δ° A, ac similiter BS, nisi quod ψ,δ° corr. S 17. 18. ἄρα ΡΩ ωΛ ΛΟ Ο Β Β Ν Ν Γ ΓΔ ΔΛ A, ac similiter BS, corr. *Hu* auctore *Co* 18. ἄνισοι *Co* pro ΛΝ ἴσοι ἐξ ἀρχῆς] ἑξῆς coni. *Hu* 20. πλήθει τῶν Γ ΓΔ ΔΛ A, ac similiter B (prius Γ om. S), corr. *Co* 21. Η A[1] in marg. (BS)

Scilicet circumferentia $\zeta\eta$ ipsi $\eta\vartheta$ aut commensurabilis est aut non. Sit primum commensurabilis. Et *ex hypothesi* $\zeta\eta$ $\vartheta\varkappa$ aequales sunt; ergo etiam $\vartheta\varkappa$ ipsi $\eta\vartheta$ commensurabilis, ideoque tres $\zeta\eta$ $\eta\vartheta$ $\vartheta\varkappa$ inter se commensurabiles sunt. Hae iam in aequales portiones dividantur, *velut, si sit* $\zeta\eta : \eta\vartheta = 3 : 2$, in punctis τ υ φ χ ψ, et per haec paralleli circuli $\omega\tau$ ${}_{,}\alpha\upsilon$ ${}_{,}\beta\varphi$ ${}_{,}\gamma\chi$ ${}_{,}\delta\psi$ describantur. Et quia circumferentiae $\zeta\tau$ $\tau\upsilon$ $\upsilon\eta$ $\eta\varphi$ $\varphi\vartheta$ $\vartheta\chi$ $\chi\psi$ $\psi\varkappa$ inter se aequales sunt, circumferentiae igitur $\varrho\omega$ $\omega{}_{,}\alpha$ ${}_{,}\alpha o$ $o{}_{,}\beta$ ${}_{,}\beta\nu$ $\nu{}_{,}\gamma$ ${}_{,}\gamma{}_{,}\delta$ ${}_{,}\delta\lambda$ *propter V lemma* inaequales sunt deinceps a maxima $\varrho\omega$ incipientes. Atque est numerus circumferentiarum $\varrho\omega$ $\omega{}_{,}\alpha$ ${}_{,}\alpha o$ numero ipsarum $\nu{}_{,}\gamma$ ${}_{,}\gamma{}_{,}\delta$ ${}_{,}\delta\lambda$ aequalis; ergo *propter elem. 5. 18* ϱo maior est quam $\nu\lambda$.

VIII. Sed iisdem suppositis non sit commensurabilis circumferentia $\zeta\eta$ ipsi $\eta\vartheta$; dico etiam sic ϱo maiorem esse quam $\nu\lambda$. Prop. 8



Nam si non sit, aut aequalis est aut minor. Sit primum minor, et ponatur $\nu{}_{,}\gamma = \varrho o$, et cum tres sint lineae similiter ortae [1]) $\lambda\nu$ $\nu{}_{,}\gamma$ νo, sumatur *alia quaedam* $\nu{}_{,}\delta$, quae ipsi νo commensurabilis, eademque et maior quam $\nu{}_{,}\gamma$ et minor sit quam $\nu\lambda$, et sint paralleli circuli $\chi{}_{,}\gamma$ $\psi{}_{,}\delta$, et ponatur $\eta\tau = \psi\vartheta$, et sit parallelus circulus $\tau\omega$. Iam quia singulae $\psi\vartheta$ $\eta\tau$ ipsi $\eta\vartheta$

1) Sunt enim eiusdem circuli circumferentiae portiones.

---

26. $N{}_{,}\Gamma$ (ante $\overline{NO}$) *Hu* auctore *Co* pro $\overline{N{}_{,}T}$ 27. τῆς δὲ $\overline{N{}_{,}\Gamma}$ A (BS) 28. ἡ $\overline{N\Delta}$ ABS, lineolam ad Δ add. *Hu* οἱ $\overline{X{}_{,}\Gamma}$ AB, sed ${}_{,}\Gamma$ simile numerali ${}_{,}$ϛ, quae nota transiit in S 29. ἡ HT] $\overline{HT}$ A, $\overline{NT}$ B cod. *Co*, corr. S

ΗΤ τῇ ΗΘ, μείζων ἐστὶν καὶ ἡ ΩΟ τῆς Ν,Δ· πολλῷ ἄρα ἡ ΡΟ τῆς Ν,Δ μείζων ἐστίν. ἀλλὰ ἡ ΡΟ ἴση ἐστὶν τῇ Ν,Γ· ἡ Ν,Γ ἄρα τῆς Ν,Δ μείζων ἐστὶν ἡ ἐλάσσων τῆς μείζονος, ὅπερ ἀδύνατον· οὐκ ἄρα ἐλάσσων ἐστὶν ἡ ΡΟ τῆς ΝΛ.

10 *θʹ. Τῶν αὐτῶν ὑποκειμένων λέγω ὅτι οὐδὲ ἴση. εἰ γὰρ δυνατόν, ἔστω, καὶ τετμήσθωσαν αἱ ΗΖ ΘΚ δίχα τοῖς Τ Ψ, καὶ ἔστωσαν οἱ παράλληλοι κύκλοι οἱ ΤΩ Ψ,Δ. ἐπεὶ οὖν αἱ ΤΖ ΤΗ ἴσαι εἰσίν, ἄνισοι ἄρα εἰσὶν αἱ ΡΩ ΩΟ ἀρχόμεναι ἀπὸ μεγίστης τῆς ΡΩ. πάλιν ἐπεὶ αἱ ΘΨΚ ἴσαι εἰσίν, ἄνισοι ἄρα εἰσὶν αἱ Ν,Δ ,ΔΛ ἀρχόμεναι ἀπὸ μεγίστης τῆς Ν,Δ. ἐπεὶ οὖν μείζων ἐστὶν ἡ μὲν ΡΩ τῆς ΩΟ, ἡ δὲ*



*Ν,Δ τῆς ,ΔΛ, μείζων ἄρα ἡ διπλῆ ἡ ΡΟ τῆς Ν,Δ, ὅπερ ἀδύνατον (προδέδεικται * * *)· οὐκ ἄρα ἴση ἐστὶν ἡ ΡΟ τῇ ΝΛ. ἐδείχθη δὲ ὅτι οὐδὲ ἐλάσσων· μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ ΡΟ τῆς ΝΛ.*

11 *ιʹ. Πάλιν ἐπὶ μεγίστου κύκλου περιφερείας ὁ πόλος ἔστω τῶν παραλλήλων, καὶ αὐτὸν τεμνέτωσαν πρὸς ὀρθὰς οἱ ΒΓ ΔΕ, καὶ ἔστωσαν παράλληλοι κύκλοι οἱ ΚΛ ΜΝ ΞΟ, καὶ ἔστω ἴση ἡ ΞΜ τῇ ΜΚ· λέγω ὅτι ἐλάσσων ἐστὶν ἡ ΖΗ τῆς ΗΘ.*

---

1. 2. *τῆς Ν,Δ — τῆς Ν,Δ* AB (*τῆς νδ* utroque loco S) 2. 3. *τῇ Ν,Ϛ ἡ Ν,Ϛ ἄρα* ABS, corr. *Hu* auctore *Co* 4. *τῆς ΝΛ Co* pro *τῆς Ν,Δ* 5. *Θ* add. A[1] in marg. (BS) 6. 7. *τοῖς ΨΤ* A, distinx. BS, recte collocavit *Co* 16. *αἱ ΝΔ ,ΔΛ* A, ac similiter B, *αἱ ν,δ ,δλ* S 17. *μεγίστης*] *μείζονος* coni. *Co;* sed scriptor praeter *ν,δ ,δλ* alias deinceps sequentes tacite significat 20. 21. *ἡ δὲ Ν,Δ τῆς ,ΔΛ* AB, *η*

commensurabiles sunt, *propter lemmata VI et VII* maior est ωo quam $\nu{,}\delta$; itaque multo ϱo maior est quam $\nu{,}\delta$. Sed ϱo ipsi $\nu{,}\gamma$ aequalis est; ergo $\nu{,}\gamma$ maior est quam $\nu{,}\delta$, cum tamen minor sit $\nu{,}\gamma$ et maior $\nu{,}\delta$, id quod fieri non potest; ergo ϱo non est minor quam $\nu\lambda$.

IX. Iisdem suppositis nego etiam ϱo *ipsi* $\nu\lambda$ aequalem Prop. 9 esse. Sit enim *aequalis*, si fieri possit, et circumferentiae $\zeta\eta$ $\vartheta\varkappa$ bifariam in punctis τ ψ secentur, et sint paralleli circuli $\tau\omega$ $\psi{,}\delta$. Iam quia aequales sunt $\tau\zeta$ $\tau\eta$, inaequales igitur sunt $\varrho\omega$ ωo a maxima $\varrho\omega$ incipientes (*lemm. V*). Rursus quia $\vartheta\psi$ $\psi\varkappa$ aequales sunt, inaequales igitur sunt $\nu{,}\delta$ ${,}\delta\lambda$ a maxima $\nu{,}\delta$ incipientes. Iam quia maior est $\varrho\omega$ quam ωo, et $\nu{,}\delta$ quam ${,}\delta\lambda$, *atque etiam* ωo *maior quam* $\nu{,}\delta$ (*lemm. VI; nam ex hypothesi lemmatis VII aequales sunt* $\zeta\eta$ $\vartheta\varkappa$, *itaque etiam* $\tau\eta$ $\vartheta\psi$ *aequales*), maior igitur est ϱo quam dupla $\nu{,}\delta$, id quod fieri non potest (*nam ex hypothesi est* $\varrho o = \nu\lambda$, *et* demonstrata est $\nu\lambda < 2\nu{,}\delta$); ergo non aequalis est ϱo ipsi $\nu\lambda$ *). Sed eandem ne minorem quidem esse demonstravimus *quam* $\nu\lambda$; ergo ϱo maior est quam $\nu\lambda$.

X. Rursus in maximi circuli circumferentia sit polus Prop. 10 parallelorum, eumque *circulum* ad rectos angulos secent *maximi circuli* $\beta\gamma$ $\delta\varepsilon$, et sint paralleli circuli $\varkappa\lambda$ $\mu\nu$ ξo, sitque $\xi\mu = \mu\varkappa$; dico $\zeta\eta$ minorem esse quam $\eta\vartheta$.

*) Haec sic restituere conati sumus verbum *προδέδεικται* suo loco servantes et post id ipsum lacunam statuentes. Verum etiam antea quaedam intercidisse videntur; neque tamen his additis demonstrandi ratio satis elegans ac pressa videtur. Ex Commandini sententia inde ab *ἐπεὶ οὖν* p. 486, 18 Graecus scriptor sic concluserit: *ἐπεὶ οὖν ἡ Ν͵Δ μείζων ἐστὶν τῆς ͵ΔΛ, ἐλάσσων ἄρα ἡ διπλῆ ἡ ΝΛ τῆς Ν͵Δ. πάλιν ἐπεὶ μείζων ἐστὶν ἡ μὲν ΡΩ τῆς ΩΟ, ἡ δὲ Ν͵Δ τῆς ΔΛ, δέδεικται δὲ καὶ* (*lemm. VI etc.*) *ἡ ΩΟ μείζων τῆς Ν͵Δ, μείζων ἄρα ἡ διπλῆ ἡ ΡΟ, τουτέστιν ἡ ΝΛ* (*ex hypothesi*), *τῆς Ν͵Δ, ὅπερ ἀδύνατον· προδέδεικται γὰρ ἐλάσσων.*

δὲ $\overline{\nu{,}\delta}$ τῆς $\overline{{,}\delta\lambda}$ S 22. *προδέδεικται* * * *] lacunam indicavit *Co*, *προδέδεικται γὰρ ἡ ΝΛ ἐλάσσων ἢ διπλῆ τῆς Ν͵Δ* coni. *Hu*, vide adnot. ad Lat. 23. *τῆι* $\overline{N\varDelta}$ AB, *τῇ* $\overline{\nu{,}\delta}$ S, corr. *Co* 25. ῑ A[1] in marg. (BS)

Εἰ γὰρ μή, ἤτοι ἴση ἐστὶν ἢ μείζων. ἴση μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ἡ ΖΗ τῇ ΗΘ· μείζων γὰρ ἂν ἦν ἡ ΞΜ τῆς ΜΚ, οὐκ ἔστιν δέ· οὐκ ἄρα ἴση ἐστὶν ἡ ΖΗ τῇ ΗΘ. λέγω δὴ ὅτι οὐδὲ μείζων. εἰ γὰρ δυνατόν, ἔστω, καὶ κείσθω τῇ ΘΗ ἴση ἡ ΗΠ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἡ ΗΠ τῇ ΗΘ, μείζων ἄρα ἡ ΡΜ τῆς ΜΚ· πολλῷ ἄρα μείζων ἐστὶν ἡ ΞΜ τῆς ΜΚ, ὅπερ ἀδύνατον· ὑπόκειται γὰρ ἴση· οὐκ ἄρα μείζων ἐστὶν ἡ ΖΗ τῆς ΗΘ. ἐδείχθη δὲ ὅτι οὐδὲ ἴση· ἐλάσσων ἄρα ἐστὶν ἡ ΖΗ τῆς ΗΘ, ὅπερ: ~

12 *ια'. Δέδεικται μὲν οὖν ὅτι ἐὰν ᾖ κύκλος ὁ ΑΒΓ, καὶ τέμνωσιν αὐτὸν δύο μέγιστοι κύκλοι οἱ ΒΓ ΔΕ πρὸς ὀρθὰς καὶ ἀποληφθῶσιν ἴσαι περιφέρειαι αἱ ΖΗ ΗΘ, καὶ γραφῶσιν παράλληλοι κύκλοι οἱ ΚΛ ΜΝ ΞΟ, γίνεται μείζων ἡ ΞΜ τῆς ΜΚ. ἔστω δὲ μείζων ἡ ΖΗ τῆς ΗΘ· λέγω ὅτι πολλῷ μείζων ἐστὶν ἡ ΞΜ τῆς ΜΚ.*

Ἐπεὶ γὰρ μείζων ἐστὶν ἡ ΖΗ τῆς ΗΘ, κείσθω τῇ ΗΘ ἴση ἡ ΗΠ, καὶ γεγράφθω παράλληλος κύκλος ὁ ΠΡ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ΗΠ τῇ ΗΘ, μείζων ἐστὶν ἡ ΡΜ τῆς ΜΚ· πολλῷ ἄρα μείζων ἐστὶν ἡ ΞΜ τῆς ΜΚ, ὥστε, ἐὰν μείζων ἡ ΖΗ τῆς ΘΗ, γίνεται καὶ ἡ ΞΜ τῆς ΜΚ μείζων, ὅπερ: ~

Περὶ τῆς εἰς τὸ ϛ' θεώρημα ἐνστάσεως τοῦ γ' λήμματα.

13 *ιβ'. Ἔστω τρίγωνον τὸ ΑΒΓ, καὶ δύο διήχθωσαν αἱ ΔΑ ΑΕ ἐν ἴσαις γωνίαις ταῖς ὑπὸ ΒΑΔ ΕΑΓ· ὅτι ἐστὶν ὡς τὸ ὑπὸ ΔΓΕ πρὸς τὸ ὑπὸ ΕΒΔ περιεχόμενον ὀρθογώνιον, οὕτως τὸ ἀπὸ ΑΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΒ.*

Περιγεγράφθω περὶ τὸ ΑΔΕ τρίγωνον κύκλος, καὶ

---

13. *ὅπερ* S, *ο* A, om. B 14. *ια* A[1] in marg. (BS) *δέδεικται* A[1] ex *δεκειχται* 26. *ϛ* A, *ἕκτον* BS *τοῦ Γ* A[2], *τοῦ Τ* A[1], *τοῦ τρίτου* B, *τοῦ τρίτου τῶν σφαιρικῶν* S *λήμματα* Hu pro *λῆμμα*

Nam si non sit, aut aequalis est aut minor. Iam primum non est $\zeta\eta = \eta\vartheta$; sic enim *propter lemma V* esset $\xi\mu > \mu\varkappa$, quod est contra hypothesim; ergo non est $\zeta\eta = \eta\vartheta$. Sed nego etiam esse $\zeta\eta > \eta\vartheta$. Si enim fieri possit, sit $\zeta\eta > \eta\vartheta$, et ponatur $\eta\pi = \vartheta\eta$, *et describatur parallelus* $\varrho\pi$. Iam quia est $\pi\eta = \eta\vartheta$, *propter lemma V* igitur est $\varrho\mu > \mu\varkappa$; itaque multo $\xi\mu > \mu\varkappa$, quod fieri non potest; nam ex hypothesi est $\xi\mu = \mu\varkappa$; ergo non est $\zeta\eta > \eta\vartheta$. Sed ne aequalem quidem esse demonstravimus; ergo $\zeta\eta$ minor est quam $\eta\vartheta$, q. e. d.

XI. Demonstravimus igitur, si sit *maximus* circulus $\alpha\beta\gamma$, Prop. 11
eumque *circulum* duo maximi circuli ad rectos angulos secent, *quorum alter* $\beta\gamma$ *sit unus parallelorum, alter autem* $\delta\varepsilon$ *obliquus ad parallelos*, et aequales abscindantur circumferentiae $\zeta\eta$ $\eta\vartheta$, et describantur paralleli circuli $\varkappa\lambda$ $\mu\nu$ ξo, fieri $\xi\mu$ maiorem quam $\mu\varkappa$. Sed sit $\zeta\eta$ maior quam $\eta\vartheta$; dico multo maiorem esse $\xi\mu$ quam $\mu\varkappa$.



Nam quia maior est $\zeta\eta$ quam $\eta\vartheta$, ponatur $\eta\pi = \eta\vartheta$, et describatur parallelus circulus $\varrho\pi$. Iam quia est $\pi\eta = \eta\vartheta$, *propter lemma V igitur* $\varrho\mu$ maior est quam $\mu\varkappa$; multo igitur $\xi\mu$ maior quam $\mu\varkappa$; itaque, si sit $\zeta\eta$ maior quam $\eta\vartheta$, fit etiam $\xi\mu$ maior quam $\mu\varkappa$, q. e. d.

Lemmata ad disceptationem de VI theoremate libri III sphaericorum spectantia.

XII. Sit triangulum $\alpha\beta\gamma$, in quo duae ducantur rectae Prop. 12*)
$\delta\alpha$ $\alpha\varepsilon$ in aequalibus angulis $\beta\alpha\delta$ $\varepsilon\alpha\gamma$; dico esse $\delta\gamma \cdot \gamma\varepsilon : \varepsilon\beta \cdot \beta\delta = \alpha\gamma^2 : \alpha\beta^2$.

Describatur circulus circa triangulum $\alpha\delta\varepsilon$, et iungatur $\zeta\eta$;

*) Hanc propositionem repetit Simsonus de sectione determ. etc. (Opera quaedam reliqua p. 16).

27. $\overline{\iota\beta}$ A[1] in marg. (BS)

ἐπεζεύχθω ἡ ΖΗ· παράλληλος ἄρα ἐστὶν τῇ ΒΓ διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν ΖΔ περιφέρειαν τῇ ΕΗ περιφερείᾳ· ἔστιν



ἄρα ὡς ΑΓ πρὸς ΓΗ, ἡ ΑΒ πρὸς ΒΖ· καὶ ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ ΑΓ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΓΗ, οὕτως τὸ ἀπὸ ΑΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΒΖ. ἴσον δὲ τὸ μὲν ὑπὸ ΑΓΗ τῷ ὑπὸ ΔΓΕ, τὸ δὲ ὑπὸ ΑΒΖ τῷ ὑπὸ ΕΒΔ· καὶ ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ ΑΓ πρὸς τὸ ὑπὸ ΔΓΕ, οὕτως τὸ ἀπὸ ΑΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΕΒΔ· καὶ ἐναλλὰξ ἄρα ὡς τὸ ἀπὸ ΑΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΒ, τὸ ὑπὸ ΔΓΕ πρὸς τὸ ὑπὸ ΕΒΔ.

14 ιγʹ. Ἐχέτω δὲ τὸ ὑπὸ ΔΓΕ πρὸς τὸ ὑπὸ ΕΒΔ μείζονα λόγον, τουτέστι τὸ ὑπὸ ΑΓΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΒΖ, ἤπερ τὸ ἀπὸ ΑΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΒ· ὅτι μείζων ἡ ὑπὸ ΕΑΓ τῆς ὑπὸ ΒΑΔ.

Ἐπεὶ γὰρ τὸ ὑπὸ ΑΓΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΒΖ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ἀπὸ ΑΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΒ, ἐναλλὰξ τὸ ὑπὸ ΑΓΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΓ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ὑπὸ ΑΒΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΒ. ἀλλ' ὡς μὲν τὸ ὑπὸ ΑΓΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΓ, οὕτως ἡ ΗΓ πρὸς ΑΓ, ὡς δὲ τὸ ὑπὸ ΑΒΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΒ, οὕτως ἡ ΖΒ πρὸς ΑΒ· καὶ ἡ ΑΓ ἄρα πρὸς ΓΗ ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΒΖ. ἐὰν ἄρα ποιῶμεν ὡς τὴν ΑΓ πρὸς ΓΗ, οὕτως τὴν ΑΒ πρὸς ἄλλην τινά, ἔσται πρὸς μείζονα τῆς ΒΖ. ἔστω πρὸς τὴν ΒΚ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΗΚ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Θ· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΒΓ τῇ ΗΘ· ἴση ἄρα

---

13. $\overline{ΙΓ}^{ον'}$ add. B(S) 19. τὸ $\overline{ΑΓ}$ add. A[2] super vs. (BS), ἀπὸ add. *Hu* auctore *Co* 25. ἡ ΗΓ] ἡ $\overline{ΗΑΓ}$ A[s]S, ἡ $\overline{αγ}$ B, ἡ ΓΗ *Co* 26. ἡ $\overline{ΖΒ}$ πρὸς $\overline{ΑΒΖ}$ ABS, corr. *Co* 27. 28. πρὸς τὴν ΒΖ] πρὸς τὸ $\overline{ΒΖ}$ AS, πρὸς $\overline{βζ}$ B[1], corr. B[3]

parallelae igitur sunt rectae $\zeta\eta$ $\beta\gamma$, quia circumferentiae $\zeta\delta$ $\varepsilon\eta$ aequales sunt [1]). Ergo est $\alpha\gamma : \gamma\eta = \alpha\beta : \beta\zeta$ (*elem.* 6, 2); itaque etiam $\alpha\gamma^2 : \alpha\gamma \cdot \gamma\eta = \alpha\beta^2 : \alpha\beta \cdot \beta\zeta$ (*elem.* 6, 22). Sed est $\alpha\gamma \cdot \gamma\eta = \delta\gamma \cdot \gamma\varepsilon$ **), itemque $\alpha\beta \cdot \beta\zeta = \varepsilon\beta \cdot \beta\delta$; ergo etiam $\alpha\gamma^2 : \delta\gamma \cdot \gamma\varepsilon = \alpha\beta^2 : \varepsilon\beta \cdot \beta\delta$, itaque vicissim $\alpha\gamma^2 : \alpha\beta^2 = \delta\gamma \cdot \gamma\varepsilon : \varepsilon\beta \cdot \beta\delta$.



Rursus iisdem suppositis, si rectae $\delta\alpha$ $\alpha\varepsilon$ extra triangulum ducantur, ita ut puncta δ ε sint in productâ $\beta\gamma$, et productae $\alpha\beta$ $\alpha\gamma$ circulum circa $\alpha\delta\varepsilon$ triangulum descriptum secent in punctis ζ η, idem plane contingit [2]).

Et similis est demonstratio, adhibitâ elementorum libri III propositione 35.

XIII. Sed sit $\delta\gamma \cdot \gamma\varepsilon : \varepsilon\beta \cdot \beta\delta$, id est $\alpha\gamma \cdot \gamma\eta : \alpha\beta \cdot \beta\zeta > \alpha\gamma^2 : \alpha\beta^2$; dico esse etiam $\angle\, \varepsilon\alpha\gamma > \angle\, \beta\alpha\delta$ *). Prop. 13

Nam quia est

$\alpha\gamma \cdot \gamma\eta : \alpha\beta \cdot \beta\zeta > \alpha\gamma^2 : \alpha\beta^2$, vicissim est (*VII propos.* 5)

$\alpha\gamma \cdot \gamma\eta : \alpha\gamma^2 > \alpha\beta \cdot \beta\zeta : \alpha\beta^2$. Sed est (*elem.* 6, 1)

$\alpha\gamma \cdot \gamma\eta : \alpha\gamma^2 = \gamma\eta : \alpha\gamma$, et

$\alpha\beta \cdot \beta\zeta : \alpha\beta^2 = \beta\zeta : \alpha\beta$; ergo etiam (*VII propos.* 7)

$\alpha\gamma : \gamma\eta < \alpha\beta : \beta\zeta$. Ergo si fecerimus

$\alpha\gamma : \gamma\eta = \alpha\beta : x$, erit $x > \beta\zeta$ (*elem.* 5, 10). Sit

$\alpha\gamma : \gamma\eta = \alpha\beta : \beta\varkappa$, et iuncta $\eta\varkappa$ producatur ad ϑ; parallelae igitur sunt $\beta\gamma$ $\vartheta\eta$ (*elem.* 6, 2); itaque est

1) Propter elem. 3, 26, quia ex hypothesi anguli $\zeta\alpha\delta$ $\eta\varepsilon\delta$ aequales sunt; unde statim efficitur, iunctâ $\zeta\varepsilon$, angulos $\eta\zeta\varepsilon$ $\zeta\varepsilon\delta$ aequales (elem. 3, 27), itaque rectas $\zeta\eta$ $\beta\gamma$ parallelas esse (*Co*).

**) Utrumque enim rectangulum propter elem. 3, 36 aequale est quadrato ab ea recta, quae ex γ ducta circulum tangit.

2) Hunc alterum casum, qui adhibetur infra VII propos. 36 lemm. XXI et propos. 40 lemm. XXVII, nos addidimus, figuram Simsonus l. c.

*) Ex Graeci scriptoris sententia haec propositio, si res ferat (conf. propos. 20 extr.), etiam sic legenda est: Sit $\varepsilon\beta \cdot \beta\delta : \delta\gamma \cdot \gamma\varepsilon < \alpha\beta^2 : \alpha\gamma^2$; dico esse etiam $\angle\, \beta\alpha\delta < \angle\, \varepsilon\alpha\gamma$.

ἐστὶν ἡ ΕΗ περιφέρεια τῇ ΔΘ περιφερείᾳ· μείζων ἄρα ἡ ΕΗ τῆς ΔΖ, ὥστε καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΓΔΕ τῆς ὑπὸ ΒΑΔ, ὅπερ: ~

15 ιδ'. Τεμνέτωσαν ἀλλήλους δύο μέγιστοι κύκλοι οἱ ΑΒΓ ΒΕΓ, καὶ ἔστω τοῦ ΑΒΓ κύκλου πόλος ὁ Δ, καὶ γεγράφθωσαν μέγιστοι κύκλοι οἱ ΔΖ ΔΘ, καὶ ἔστω ἴση ἡ ΒΕ περιφέρεια τῇ ΓΗ περιφερείᾳ· δεῖξαι ὅτι ἴση ἐστὶν ἡ ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ τὸ Ε τῇ ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ τὸ Η.

Τετμήσθω ἡ ΕΗ δίχα τῷ Κ, καὶ γεγράφθω διὰ τῶν Δ Κ μέγιστος κύκλος ὁ ΔΚΛ. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ΒΕ τῇ ΗΓ, ἡ δὲ ΕΚ τῇ ΚΗ, ὅλη ἄρα ἡ ΒΚ τῇ ΓΚ ἴση ἐστίν. ἐπεὶ οὖν διὰ τῆς τοῦ ΒΓ διχοτομίας καὶ τῶν τοῦ ΑΒΓ πόλων γέγραπται μέγιστος κύκλος ὁ ΔΚΛ, ὁ ΔΚΛ ἄρα ἥξει διὰ τῶν τοῦ ΒΕΗ πόλων καὶ ὀρθὸς ἔσται πρὸς αὐτόν. ἐπεὶ οὖν κύκλου τοῦ ΚΒΓ ἐπὶ διαμέτρου τῆς ἀπὸ τοῦ Κ ὀρθὸν τμῆμα κύκλου ἐφέστηκεν τὸ ΚΔ, καὶ διῄρηται ἡ τοῦ ἐφεστῶτος τμήματος περιφέρεια κατὰ τὸ Δ, καὶ ἔστιν ἴση ἡ ΕΚ τῇ ΚΗ, ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ τὸ Ε τῇ ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ τὸ Η, ὅπερ: ~

16 ιε'. Ἔστωσαν μέγιστοι κύκλοι οἱ ΑΒΓ ΒΕΗΓ, καὶ ἔστω τοῦ ΑΒΓ πόλος τὸ Δ, καὶ γεγράφθωσαν μέγιστοι κύκλοι οἱ ΔΕΖ ΔΚΛ ΔΗΘ διχοτομίας οὔσης τοῦ Κ τῆς ΗΚΕ περιφερείας· λέγω ὅτι, εἰ μὲν ἴση ἐστὶν ἡ ΒΕ τῇ ΗΓ, ἴση ἐστὶν καὶ ἡ ΖΛ τῇ ΛΘ, εἰ δὲ μείζων ἐστὶν ἡ ΒΕ τῆς ΗΓ, μείζων ἐστὶν καὶ ἡ ΖΛ τῆς ΛΘ, εἰ δὲ

---

2. ὅπερ *Hu*, $\overline{\Theta}$ AB (sed id in A expunctum), om. S 3. $\overline{\iota\delta}^{ον}$ add. B(S) 4. ΒΕΓ] *ΒΕΓ A, ΒΕΗΓ *Co* (ut cap. 16 init.) 7. ἐπὶ τὸ Ε τῇ ἀπὸ τοῦ Δ bis scripta in AS, corr. B 9 10. τῶν $\overline{ΔΚ}$ A, distinx. BS 14. τοῦ ΒΓ] scilicet τμήματος: vide sphaer. 2, 9 20. τοῦ ΒΚΓ ἐπὶ coni. *Hu* 24. ὅπερ BS, ὅ A 25. $\overline{\iota\varepsilon}^{ον}$ add. B(S) 27. ΔΚΛ *Hu*, $\overline{ΔΜΛ}$ ABS, om. *Co* 29. ἡ om. AS, add. B

circumf. εη = circumf. δθ **); ergo

circumf. εη > circumf. δζ; itaque etiam (*elem.* 6, 33)

∠ εαγ > ∠ βαδ, q. e. d.

XIV. Duo maximi circuli αβγ βεγ invicem se secent, sitque circuli αβγ polus δ, et describantur maximi circuli δζ δθ *circulum βεγ secantes in punctis* ε η, et aequales sint circumferentiae βε γη; demonstretur rectam a δ ad ε aequalem esse rectae a δ ad η. Prop. 14

Circumferentia εη bifariam secetur in puncto κ, et per δ κ describatur maximus circulus δκλ. Quoniam circumferentiae βε ηγ, itemque εκ κη inter se aequales sunt, tota igitur βκ ipsi κγ aequalis est. Iam quia per bipartitam sectionem circumferentiae βεηγ et polos circuli αβγ descriptus est maximus circulus δκλ, hic igitur etiam per polos circuli βεγ transibit [1]) ad eumque rectus erit [2]). Iam quia in circuli βκγ diametro quae a κ initium habet circuli circumferentia κδ ad rectos angulos insistit, eaque circumferentia in puncto δ secta est, et circumferentiae εκ κη aequales sunt, *propter sphaer.* 2, 12 igitur recta a δ ad ε aequalis est rectae a δ ad η, q. e. d.

XV. Sint maximi circuli αβγ βεηγ, et sit circuli αβγ polus δ, et maximi circuli δεζ δκλ δηθ ita describantur, ut circumferentia εκη in puncto κ bifariam secetur; dico primum, si circumferentiae βε ηγ aequales sint, etiam ζλ λθ aequales esse, tum, si βε maior sit quam ηγ, etiam ζλ maiorem esse Prop. 15

**) Propter elem. 3, 26, quoniam, iunctâ θε, anguli ηθε θεδ aequales sunt; hic igitur habemus conversum illud lemma, quod ad propos. 12 adnot. 1 breviter attigimus.

1) Utitur scriptor et hoc loco et paulo post, id quod Commandinus recte vidit, Theodosii sphaericorum libri II propositione 9 conversa, quae Graeco sermone sic fere sonuerit: *Ἐὰν ἐν σφαίρᾳ δύο κύκλοι τέμνωσιν ἀλλήλους, διὰ δὲ τῶν τοῦ ἑνὸς πόλων καὶ τῆς διχοτομίας τοῦ τμήματος τοῦ ἑτέρου κύκλου μέγιστος κύκλος γραφῇ, ἥξει καὶ διὰ τῶν τοῦ ἑτέρου πόλων.* Ergo hoc loco, quia circuli αβγ et βεγ invicem se secant, maximusque circulus δκλ et per polos circuli αβγ et per bipartitam sectionem (*διχοτομίαν*) circumferentiae alterius circuli, quae est inter puncta sectionis cum circulo αβγ, descriptus est, efficitur circulum δκλ etiam per polos circuli βεγ transire.

2) Quoniam maximus circulus δκλ circulum βεγ, per polos eius transiens, secat, eundem ad rectos angulos secat propter sphaer. 1, 15.

ἐλάσσων ἐστὶν ἡ ΒΕ τῆς ΗΓ, ἐλάσσων ἐστὶν καὶ ἡ ΖΛ τῆς ΛΘ.

Ἔστω γὰρ πρότερον ἡ ΒΕ τῇ ΗΓ ἴση· λέγω ὅτι καὶ ἡ ΖΛ τῇ ΛΘ ἴση ἐστίν.

Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ ΒΕ τῇ ΗΓ, ἴση ἐστὶν καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ τὸ Ε τῇ ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ τὸ Η· ὁ ἄρα πόλῳ τῷ Δ καὶ διαστήματι ἑνὶ τῶν ΔΕ ΔΗ κύκλος γραφόμενος ἥξει καὶ διὰ τοῦ λοιποῦ σημείου. γεγράφθω, καὶ ἔστω ὁ ΗΜΕ· ἔσται δὴ παράλληλος τῷ ΑΒΓ. ἐπεὶ οὖν δύο κύκλοι οἱ ΗΜΕ ΕΚΗ τέμνουσιν ἀλλήλους, διὰ δὲ τῶν τοῦ ἑνὸς πόλων καὶ τῆς διχοτομίας τῆς Κ γέγραπται μέγιστος κύκλος ὁ ΔΚΛ, ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ΕΜ περιφέρεια τῇ ΜΗ περιφερείᾳ. ἀλλʼ ἡ μὲν ΕΜ τῇ ΖΛ ἐστὶν ὁμοία, ἡ δὲ ΜΗ τῇ ΛΘ· καὶ ἡ ΖΛ ἄρα τῇ ΛΘ ἐστὶν ὁμοία. καὶ εἰσὶν τοῦ αὐτοῦ κύκλου· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ΖΛ τῇ ΛΘ, ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

17 *ιϛʹ. Ὑποκείσθω δὴ τὸ αὐτὸ σχῆμα, καὶ ἔστω μείζων ἡ ΒΕ τῆς ΞΓ, ἴση δὲ ἡ ΕΚ τῇ ΚΞ· λέγω ὅτι ἡ ΖΛ τῆς ΛΘ μείζων.*



Κείσθω τῇ ΒΕ ἴση ἡ ΓΜ, καὶ γεγράφθω μέγιστος κύκλος ὁ ΔΜΝ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ΒΕ τῇ ΜΓ, ἴση ἐστὶν ἡ ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ τὸ Ε τῇ ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ τὸ Μ· ὁ quam $\lambda\vartheta$, denique, si $\beta\varepsilon$ minor sit quam $\eta\gamma$, etiam $\zeta\lambda$ minorem esse quam $\lambda\vartheta$.

Primum enim aequales sint circumferentiae $\beta\varepsilon$ $\eta\gamma$; dico etiam $\zeta\lambda$ $\lambda\vartheta$ aequales esse.



Quoniam enim circumferentiae $\beta\varepsilon$ $\eta\gamma$ aequales sunt, *propter superius lemma* etiam recta a δ ad ε aequalis est rectae a δ ad η. Ergo circulus ex polo δ et intervallo $\delta\varepsilon$ sive $\delta\eta$ descriptus etiam per alterum punctum transibit. Describatur, et sit $\varepsilon\mu\eta$; hic igitur circulo $\alpha\beta\gamma$ parallelus erit (*sphaer. 2, 1*). Iam quia duo circuli $\varepsilon\mu\eta$ $\varepsilon\varkappa\eta$ se invicem secant, ac per polos unius et bipartitam sectionem $\varkappa$ maximus circulus $\delta\varkappa\lambda$ descriptus est, *hic igitur etiam per polos circuli $\varepsilon\varkappa\eta$ transit* (*p. 493 adnot. 1*); itaque circumferentiae $\varepsilon\mu$ $\mu\eta$ aequales sunt (*sphaer. 2, 9*). Sed similis est $\varepsilon\mu$ circumferentiae $\zeta\lambda$, et $\mu\eta$ circumferentiae $\lambda\vartheta$ (*sphaer. 2, 10*); ergo etiam $\zeta\lambda$ ipsi $\lambda\vartheta$ similis est. Et sunt eiusdem circuli; ergo aequales sunt $\zeta\lambda$ $\lambda\vartheta$, q. e. d.

XVI. Iam eadem figura supponatur, et sit circumferentia $\beta\varepsilon$ maior quam $\xi\gamma$, et $\varepsilon\varkappa = \varkappa\xi$*); dico $\zeta\lambda$ maiorem esse quam $\lambda\vartheta$. Prop. 16

Ponatur circumferentia $\gamma\mu = \beta\varepsilon$, et describatur maximus circulus $\delta\mu\nu$. Iam quia $\beta\varepsilon$ $\mu\gamma$ aequales sunt, *propter lemma XIV* recta a δ ad ε aequalis est rectae a δ ad μ; ergo cir-

ἐὰν ἀπὸ δύο δεδομένων σημείων κλασθῶσιν εὐθεῖαι δεδομένην περιέχουσαι γωνίαν, τὸ κοινὸν αὐτῶν σημεῖον ἅψεται θέσει δεδομένης περιφερείας κοίλης·

ἐὰν τριγώνου χωρίου μεγέθει δεδομένου ἡ βάσις θέσει καὶ μεγέθει δεδομένη ᾖ, ἡ κορυφὴ αὐτοῦ ἅψεται θέσει δεδομένης εὐθείας·

25 Ἕτερα δὲ τοιαῦτα·

ἐὰν εὐθείας τῷ μεγέθει δεδομένης καὶ παρά τινα θέσει δεδομένην εὐθεῖαν ἠγμένης τὸ ἓν πέρας ἅπτηται θέσει δεδομένης εὐθείας, ἅψεται καὶ τὸ ἕτερον εὐθείας θέσει δεδομένης·

ἐὰν ἀπό τινος σημείου ἐπὶ θέσει δεδομένας δύο εὐθείας παραλλήλους ἢ συμπιπτούσας καταχθῶσιν ἐν δεδομέναις γωνίαις ἤτοι λόγον ἔχουσαι πρὸς ἀλλήλας δεδομένον ἢ ὧν ἡ μία μεθ᾽ ἧς πρὸς ἣν ἡ ἑτέρα λόγον ἔχει δοθέντα δεδομένη ἐστίν, ἅψεται τὸ σημεῖον θέσει δεδομένης εὐθείας·

---

8. *μὲν* om. *Ha* 9. *συμφρονεῖ* S *ταῦτα*] fortasse *ταύτῃ* 14. *γωνίαι* et *σημείων* AB, corr. S 22. *θέσει* om. *Ha* 25. post *καταχθῶσιν* add. *ἤτοι ἐπ᾽ εὐθείας ἢ* *Hu* auctore Simsono (vide Latina) 25. 26. *δεδομενη γωνια* (sine acc.) A, *δεδομένῃ γωνίᾳ* BS, corr. *Ha* 26. *ἔχουσιν* A, *ἔχουσι* BS, corr. *Ha*

proportionem habeant vel datum rectangulum comprehendant, unius autem *harum rectarum* terminus tangat locum planum positione datum: etiam alterius *rectae* terminus tanget locum planum positione datum modo eiusdem generis, modo diversum, et modo similiter positum respectu rectae, modo contrarium[1]. Haec autem fiunt secundum differentias eorum quae subiiciuntur (*i. e. hypothesium*).

Cum his conveniunt tria a Charmandro initio adiecta:

II. Si rectae magnitudine datae unus terminus datus sit, alter tanget *circuli* circumferentiam concavam positione datam.

III. Si a duobus datis punctis inflectantur rectae datum continentes angulum, commune earum punctum tanget *circuli* circumferentiam concavam positione datam.

IV. Si trianguli spatii magnitudine dati basis positione et magnitudine data sit, vertex eius tanget rectam positione datam.

Sequuntur alia id genus:

V. Si rectae magnitudine datae, quae parallela cuidam rectae positione datae ducta est, unus terminus tangat rectam positione datam, etiam alter tanget rectam positione datam.

VI. Si a quodam puncto ad duas rectas positione datas *vel* parallelas vel inter se occurrentes ducantur *vel in eadem recta vel*[2]) in datis angulis, eaeque vel datam proportionem inter se habeant vel quarum una simul cum ea, ad quam altera habet proportionem datam, data est[3]): punctum tanget rectam positione datam[4]).

1) Haec ne Graeci quidem mathematicorum studiosi intellegere potuerunt nisi cognitis ipsis Apollonii propositionibus: nobis recentioribus conferendus est Apollonii locorum planorum liber primus a Simsono restitutus p. 3—33 (*Ca* p. 36—72).

2) Haec addit Simsonus p. 35 (*Ca* p. 74).

3) "Vel quarum una maior vel minor est altera data quam in ratione" explicandi gratia addit Simsonus p. 44 et 45 (*Ca* p. 84 et 87).

4) Totam hanc propositionem distinguit atque illustrat Simsonus p. 35—48 (*Ca* p. 74—94). Eandem Bretonus p. 300 sic vertit: "*Si d'un point on mène à deux droites données des obliques sous des angles donnés, et que ces obliques soient entre elles dans un rapport constant, ou bien qu'en ajoutant à l'une d'elles une longueur en raison constante avec la seconde, on obtienne une somme constante, le lieu de ce point sera une ligne droite donnée de position*".

καὶ ἐὰν ὦσιν ὁποσαιοῦν εὐθεῖαι θέσει δεδομέναι, καὶ ἐπ᾿ αὐτὰς ἀπό τινος σημείου καταχθῶσιν εὐθεῖαι ἐν δεδομέναις γωνίαις, ᾖ δὲ τὸ ὑπὸ δοθείσης καὶ κατηγμένης μετὰ τοῦ ὑπὸ δοθείσης καὶ ἑτέρας κατηγμένης ἴσον τῷ ὑπὸ δοθείσης καὶ ἄλλης κατηγμένης καὶ τῶν λοιπῶν ὁμοίως, τὸ σημεῖον ἅψεται θέσει δεδομένης εὐθείας·

ἐὰν ἀπό τινος σημείου ἐπὶ θέσει δεδομένας παραλλήλους καταχθῶσιν εὐθεῖαι ἐν δεδομέναις γωνίαις ἤτοι ἀποτέμνουσαι πρὸς τοῖς ἐπ᾿ αὐτῶν δοθεῖσι σημείοις εὐθείας λόγον ἐχούσας ἢ χωρίον περιέχουσαι δεδομένον ἢ ὥστε τὰ ἐπ᾿ αὐτῶν τῶν κατηγμένων δεδομένα εἴδη ἢ τὴν ὑπεροχὴν τῶν εἰδῶν ἴσην εἶναι δεδομένῳ χωρίῳ, τὸ σημεῖον ἅψεται θέσει δεδομένης εὐθείας.

26 *Τὸ δὲ δεύτερον βιβλίον περιέχει τάδε·*

ἐὰν ἀπὸ δύο δεδομένων σημείων εὐθεῖαι κλασθῶσιν, καὶ ᾖ τὰ ἀπ᾿ αὐτῶν δοθέντι χωρίῳ διαφέροντα, τὸ σημεῖον ἅψεται θέσει δεδομένης εὐθείας·

ἐὰν δὲ ὦσιν ἐν λόγῳ δοθέντι, ἤτοι εὐθείας ἢ περιφερείας·

ἐὰν ᾖ θέσει δεδομένη εὐθεῖα καὶ ἐπ᾿ αὐτῆς δοθὲν σημεῖον καὶ ἀπὸ τούτου διαχθεῖσά τις πεπερασμένη, ἀπὸ δὲ τοῦ πέρατος ἀχθῇ πρὸς ὀρθὰς ἐπὶ τὴν θέσει δεδομένην, *καὶ ᾖ τὸ ἀπὸ τῆς διαχθείσης ἴσον τῷ ὑπὸ δοθείσης καὶ ἧς ἀπολαμβάνει ἤτοι πρὸς τῷ δοθέντι σημείῳ ἢ πρὸς ἑτέρῳ δοθέντι σημείῳ ἐπὶ τῆς θέσει δεδομένης, τὸ πέρας τῆσδε ἅψεται θέσει δεδομένης περιφερείας·*

---

5. *ἄλλης*] *ἑτέρας Ha* 8. *ἤτοι*, quod in ABS vs. 10 ante *λόγον* legitur, huc transposuit Simsonus p. XII 9. *σημείοις Ha* pro *σημείων* 10. post *ἐχούσας* add. *δοθέντα Ha* *ἢ χωρίον* — 12. *χωρίῳ* uncis seclusit *Ha* *περιέχουσαι* Simsonus pro *περιεχούσας* 11. *ἐπ᾿ Ha* pro *ἀπ᾿* 12. *ἴσην Ha* pro *ἴσον* 22. *πρὸς ὀρθὰς Ha* pro *καὶ* *θέσει Ha* pro *θέσιν* *δεδομένην* add. *Ha* 24. *ἤτοι Ha*, *η καὶ* ABS Paris. 2368, *ἢ* V 25. post *σημείῳ* repetunt *η πρὸς ἑτέρωι δοθέντι* A(BS), del. *Ha* 25. 26. *τὸ πέρας* — *δεδομένης* om. A¹, in marg. add. A²(BS) 26. *τῆσδε*] *τῆς διαχθείσης Ha*

VII. Si quotcunque rectae positione datae sint ad easque a quodam puncto ducantur rectae in datis angulis, sitque summa duorum rectangulorum, quorum alterum datâ *rectâ* et *unâ* ductâ, alterum datâ et alterâ ductâ continetur, aequalis rectangulo, quod datâ et aliâ (*tertiâ*) ductâ continetur, et sic in ceteris: punctum tanget rectam positione datam.

VIII. Si a quodam puncto ad parallelas positione datas ducantur rectae in datis angulis eaeque vel ad puncta in ipsis data abscindant rectas *datam* proportionem habentes vel spatium *rectangulum*[1]) datum comprehendant vel eiusmodi sint, ut summa vel differentia figurarum datarum, quae super ipsas ductas constructae sunt, aequalis sit spatio dato: punctum tanget rectam positione datam[2]).

Secundo libro haec cóntinentur:

I. Si a duobus punctis datis rectae inflectantur et quadrata, quae ab his fiunt, dato spatio differant, punctum *concursus harum rectarum* tanget rectam positione datam[3]).

II. Si vero *hae rectae* sint in proportione data, *punctum concursus tanget* vel rectam vel *circuli* circumferentiam *positione datam*[4]).

III. Si recta positione data et in ea punctum datum sit, unde ducta sit quaedam *recta* terminata, ab huius autem termino ducatur perpendicularis ad *rectam* positione datam, et sit quadratum, quod a *primo* ductâ fit, aequale rectangulo, quod datâ *rectâ* et abscissâ vel inter *perpendicularem et* datum punctum vel inter *eandem et* aliud datum punctum in recta positione data continetur: terminus illius *primo ductae* tanget *circuli* circumferentiam positione datam[5]).

1) Graecum χωρίον omnino *spatium* vel *ebene Figur* interpretantur Simsonus p. XVI (*Ca* p. 28) et Gerhardtus p. 25; sed ipsum rectangulum spatium intellegunt Simsonus p. 98 (*Ca* p. 182) et Bretonus p. 300.

2) Totam propositionem distinguit et illustrat Simsonus p. 93—115 (*Ca* p. 175—207); neque omittenda est Bretoni p. 301 adnotatio.

3) Vide Simsonum p. 118 sq. (*Ca* p. 209 sq.) et Bretonum p. 301.

4) V. Simson. p. 120—124 (*Ca* p. 211—222), Breton l. c., Chasles p. 269—272.

5) V. Simson. p. 125—134 (*Ca* p. 223—233).

ἐὰν ἀπὸ δύο δοθέντων σημείων εὐθεῖαι κλασθῶσιν, καὶ ᾖ τὸ ἀπὸ τῆς μιᾶς τοῦ ἀπὸ τῆς ἑτέρας δοθέντι μεῖζον ἢ ἐν λόγῳ, τὸ σημεῖον ἅψεται θέσει δεδομένης περιφερείας·

ἐὰν ἀπὸ ὁσωνοῦν δεδομένων σημείων κλασθῶσιν εὐθεῖαι πρὸς ἑνὶ σημείῳ, καὶ ᾖ τὰ ἀπὸ πασῶν εἴδη ἴσα δοθέντι χωρίῳ, τὸ σημεῖον ἅψεται θέσει δεδομένης περιφερείας·

ἐὰν ἀπὸ δύο δοθέντων σημείων κλασθῶσιν εὐθεῖαι, ἀπὸ δὲ τοῦ σημείου παρὰ θέσει ἀχθεῖσα εὐθεῖα ἀπολαμβάνῃ ἀπὸ θέσει δεδομένης εὐθείας πρὸς δοθέντι σημείῳ, καὶ ᾖ τὰ ἀπὸ τῶν κεκλασμένων εἴδη ἴσα τῷ ὑπὸ δοθείσης καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης, τὸ πρὸς τῇ κλάσει σημεῖον ἅψεται θέσει δεδομένης περιφερείας·

ἐὰν ἐν κύκλῳ θέσει δεδομένῳ δοθέν τι σημεῖον ᾖ καὶ δι' αὐτοῦ ἀχθῇ τις εὐθεῖα καὶ ἐπ' αὐτῆς ληφθῇ τι σημεῖον ἐκτός, καὶ ᾖ τὸ ἀπὸ τῆς ἄχρι τοῦ δοθέντος ἐντὸς σημείου ἴσον τῷ ὑπὸ τῆς ὅλης καὶ τῆς ἐκτὸς ἀπολαμβανομένης ἤτοι μόνον ἢ τοῦτό τε καὶ τὸ ὑπὸ τῶν ἐντὸς δύο τμημάτων, τὸ ἐκτὸς σημεῖον ἅψεται θέσει δεδομένης εὐθείας·

καὶ ἐὰν τοῦτο μὲν τὸ σημεῖον ἅπτηται θέσει δεδομένης εὐθείας, ὁ δὲ κύκλος μὴ ὑπόκειται, τὰ ἐφ' ἑκάτερα τοῦ δεδομένου σημεῖα ἅψεται θέσει δεδομένης περιφερείας τῆς αὐτῆς.

---

2. *δοθέντι Ha* pro *δοθὲν* *μείζων ἧι ἐν* A(B), corr. S 5. *ἴσα Ha* pro *ἴσον* 8. *παρὰ τὴν θέσει ἀχθεῖσα* "*ducatur recta positione datae normalis*" *Ha*, qui pro *normalis* voluit *parallela* (sic recte Simsonus p. XVII) *ἀπολαμβάνῃ Hu* pro *ἀπολαμβανομένη* 10. *ἴσα Ha* pro *ἴσον* 11. *σημείωι* A(B), corr. S 13. *ἐντὸς κύκλου θέσει δεδομένου Ha* *δοθέντι* AS et, ut videtur, B, distinxit *Ha* *σημείωι ἧι* A(BS), corr. prima manus in S 16. *ὑπὸ Ha* pro *ἀπὸ* 17. 18. *ἤτοι — τμημάτων*] horum verborum cum iustus locus sit vs. 16 post *σημείου*, non abest interpolationis suspicio 17. *ἤτοι Hu*, *η τῶι* A(BS), *ἢ τὸ* Simsonus p. XIII *μόνωι ἢ τούτωι τε καὶ τῶι* A(BS), corr. Simsonus p. XIII et 194 sq. 20. *καὶ ἐὰν* — 23. *τῆς αὐτῆς* fortasse ab interpolatore addita sunt 20. *τὸ* om. *Ha* 21. *ὑπόκειται*] conf. supra p. 514, 6 cum adnot. *ἐφ' ἑκατέρᾳ Ha* 22. *σημεῖα Ha* pro *σημείου*

IV. Si a duobus datis punctis rectae inflectantur sitque quadratum, quod ab una fit, comparatum cum quadrato, quod ab altera fit, dato *spatio* maius quam in proportione: punctum *concursus harum rectarum* tanget *circuli* circumferentiam positione datam[1]).

V. Si a quotcunque datis punctis inflectantur rectae ad unum punctum sintque species (*i. e. figurae specie datae*), quae ab omnibus describuntur, aequales dato spatio: punctum tanget *circuli* circumferentiam positione datam[2]).

VI. Si a duobus datis punctis inflectantur rectae, a puncto autem *concursus* recta ducatur parallela *rectae positione datae*, eaque ab *alia* recta positione data auferat *segmentum*, cuius *alter* terminus datum punctum est, sitque summa figurarum specie datarum, quae ab inflexis fiunt, aequalis rectangulo, quod datâ et abscissâ continetur: punctum concursus *rectarum* inflexarum tanget *circuli* circumferentiam positione datam[3]).

VII. Si intra circulum positione datum punctum aliquod datum sit et per id ducatur recta quaedam in eaque sumatur punctum aliquod extra *circulum*, ac sit quadratum, quod ex *recta ab hoc puncto* ad punctum intra datum *pertinente* fit, aequale rectangulo, quod totâ *hac rectâ* et *parte* extra *circulum* abscissâ continetur, vel solum (*scil. quadratum*) vel summa ipsius et rectanguli, quod segmentis duobus interioribus continetur: externum punctum tanget rectam positione datam[4]).

VIII. Si hoc punctum tangat rectam positione datam, circulus autem non suppositus sit, puncta ad utramque partem a dato *puncto* tangent eandem *circuli* circumferentiam positione datam[5]).

1) V. Simson. p. 136—144 (*Ca* p. 236—243) et Breton. p. 302. Graeca verba μεῖζον ἢ ἐν λόγῳ, nota ex Euclidis datis, Bretonus apte sic interpretatur: "*le premier quarré doit être plus grand d'un espace donné que le quarré qui est au second quarré dans la raison donnée*". Conf. praef. vol. I p. XXIV.

2) V. Simson. p. 159—177 (*Ca* p. 263—287).

3) V. Simson. p. 182—193 (*Ca* p. 310—321). Bretonus p. 302 locum difficillimum sic interpretatur: "*Le lieu du point tel, que la somme des aires des polygones respectivement semblables à deux polygones donnés, construits sur les droites menées de ce point à deux points fixes, soit égale au rectangle construit sur une droite donnée et sur la distance du pied de la perpendiculaire abaissée du même point sur une droite fixe à un point donné sur cette droite, est une circonférence de cercle donnée de position*".

4) V. Simson. p. 194—201 (*Ca* p. 322—331), Breton. p. 302.

5) Liberius haec tractat Simsonus p. 201 sqq. (*Ca* p. 331 sqq.). Etiam Bretoni p. 302 sq. interpretatio difficultatem horum verborum declarat.

Ἔχει δὲ τὰ τόπων ἐπιπέδων δύο βιβλία θεωρήματα ἤτοι διαγράμματα ρμζʹ, λήμματα δὲ ηʹ.

Νεύσεων δύο.

27 *Νεύειν λέγεται γραμμὴ ἐπὶ σημεῖον, ἐὰν ἐπεκβαλλομένη ἐπ᾿ αὐτὸ παραγίνηται. [καθόλου δὲ τὸ αὐτό ἐστιν, ἐάν τε ἐπὶ δοθὲν νεύειν σημεῖον λέγηται, ἐάν τέ ἐστίν τι ἐπ᾿ αὐτῆς δοθέν, ἐάν τε διὰ δοθέντος ἐστὶν σημείου. ἐπέγραψαν δὲ ταῦτα νεύσεις ἀπὸ ἑνὸς τῶν εἰρημένων.] προβλήματος δὲ ὄντος καθολικοῦ τούτου*

δύο δοθεισῶν γραμμῶν θέσει, θεῖναι μεταξὺ τούτων εὐθεῖαν τῷ μεγέθει δεδομένην νεύουσαν ἐπὶ δοθὲν σημεῖον,

ἐπὶ ταύτης τῶν ἐπὶ μέρους διάφορα τὰ ὑποκείμενα ἐχόντων ἃ μὲν [ἦν] ἐπίπεδα, ἃ δὲ στερεά, ἃ δὲ γραμμικά, τῶν ἐπιπέδων ἀποκληρώσαντες τὰ πρὸς πολλὰ χρησιμώτερα ἔδειξαν τὰ προβλήματα ταῦτα·

θέσει δεδομένων ἡμικυκλίου τε καὶ εὐθείας πρὸς ὀρθὰς τῇ βάσει, ἢ δύο ἡμικυκλίων ἐπ᾿ εὐθείας ἐχόντων τὰς βάσεις, θεῖναι δοθεῖσαν τῷ μεγέθει εὐθεῖαν μεταξὺ τῶν δύο γραμμῶν, νεύουσαν ἐπὶ γωνίαν ἡμικυκλίου·

καὶ ῥόμβου δοθέντος καὶ ἐπεκβεβλημένης μιᾶς πλευρᾶς, ἁρμόσαι ὑπὸ τὴν ἐκτὸς γωνίαν δεδομένην τῷ μεγέθει εὐθεῖαν νεύουσαν ἐπὶ τὴν ἀντικρὺς γωνίαν·

καὶ θέσει δοθέντος κύκλου, ἐναρμόσαι εὐθεῖαν μεγέθει δεδομένην νεύουσαν ἐπὶ δοθέν.

28 *τούτων δὲ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ τεύχει δέδεικται τὸ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς ἡμικυκλίου καὶ εὐθείας, ἔχον πτώσεις δʹ, καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ κύκλου ἔχον πτώσεις δύο, καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ ῥόμβου πτώσεις ἔχον βʹ, ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τεύχει τὸ ἐπὶ τῶν δύο*

4. *γραμμὴν* S *Ge* *ἐπεκβαλλομενη** A 5. *παραγίνηται* B[s] *Ha*, *παραγίνεται* AS 5. *καθόλου* — 8. *εἰρημένων* interpolatori tribuit *Hu* 7. *σημεῖον* ABS, corr. V 12. *ἐπὶ τούτου* coni. Horsley 13. *ἦν* del. *Hu* 14. *τῶν δ᾿ ἐπιπέδων Ha* *χρησιμωτέραν* ABV, corr. secunda manus in Paris. 2368 (S) 15. *ἔδειξαν τὰ Hu*, *ἔδειξαντε* A, *ἔδειξάν τε* BS, *ἔδειξαν Ha* 20. *ἐπεμβλημένης* AB, *ἐπεμβεβλημένης* S, corr. *Ha* *μόνης* ante *μιᾶς* add. *Ha* 25. *τεύχει*] *βιβλίῳ* B pr. m. 26. *εὐ-*

Libri duo locorum planorum continent theoremata sive diagrammata CXXXXVII, lemmata VIII.

INCLINATIONUM LIBRI DUO.

Inclinare *sive vergere* dicitur linea ad punctum, si producta ad id perveniat. [Omnino idem est, sive ad datum punctum *linea* inclinare dicitur, sive in ea *punctum* quoddam datum est, sive per datum punctum transit; verum has *promiscue* inclinationes ab uno eorum quae dicta sunt appellaverunt.] Iam cum problema generale hoc esset:

I. duabus lineis positione datis, inter eas ponere rectam magnitudine datam, quae ad datum punctum inclinet,

cumque illa quae in ea *recta* particularia sunt diversas hypotheses haberent partim planas, partim solidas, partim etiam lineares, e planis elegerunt ea quae ad multas res utilia essent, haecque problemata demonstraverunt.

II. Si semicirculus et recta ad basim perpendicularis, vel duo semicirculi in *eadem* recta bases habentes dati sint, ponere rectam magnitudine datam inter illas duas lineas, quae ad angulum semicirculi inclinet.

III. Rhombo dato unoque latere producto, sub externo angulo rectam magnitudine datam inserere, quae ad angulum oppositum inclinet[1].

IV. Circulo positione dato, inserere rectam magnitudine datam, quae ad datum *punctum* inclinet.

Quorum *problematum distributio haec est:* in primo libro problema de uno semicirculo et recta, quod quattuor[2] casus habet, tum de circulo, quod duo casus habet, denique de rhombo, quod duo casus habet, demonstrata sunt; in se-

1) "Sed et problema de recta, magnitudine data, angulo interiori per oppositum angulum subiicienda, ab Apollonio resolutum esse ex Papp. lib. 7 prop. 73 liquido constat". Horsley praef. p. 2.

2) Quinque casus demonstrat Horsley p. 3—5, quare in Graecis πέντε legendum esse censet.

θείας *Ha* pro εὐθεῖαν $\overline{\Delta}$ A, τέσσαρας BS, πέντε coni. Horsley
28. τὸ add. *Ha*

ἡμικυκλίων, τῆς ὑποθέσεως πτώσεις ἐχούσης ι'· ἐν δὲ ταύταις ὑποδιαιρέσεις πλείονες διοριστικαὶ ἕνεκα τοῦ δεδομένου μεγέθους τῆς εὐθείας.

29 *[Τὰ μὲν οὖν ἐν τῷ ἀναλυομένῳ τόπῳ ἐπίπεδα ταῦτ' ἔστιν ἃ καὶ πρότερα δείκνυται, χωρὶς τῶν Ἐρατοσθένους μεσοτήτων· ὕστατα γὰρ ἐκεῖνα. τοῖς δὲ ἐπιπέδοις ἐφεξῆς τὴν τῶν στερεῶν ἡ τάξις ἀπαιτεῖ θεωρίαν· στερεὰ δὲ καλοῦσι προβλήματα οὐχ ὅσα ἐν στερεοῖς σχήμασι προτείνεται, ἀλλ' ὅσα διὰ τῶν ἐπιπέδων μὴ δυνάμενα δειχθῆναι διὰ τῶν τριῶν κωνικῶν γραμμῶν δείκνυται, ὥστε ἀναγκαῖον πρότερον περὶ τούτων γράφειν. ἦν μὲν οὖν ἀναδεδομένα κωνικῶν στοιχείων πρότερον Ἀρισταίου τοῦ πρεσβυτέρου ε' τεύχη, ὡς ἂν ἤδη δυνατοῖς οὖσι τοῖς ταῦτα παραλαμβάνουσιν ἐπιτομώτερον γεγραμμένα.]*

Ἔχει δὲ τὰ τῶν νεύσεων βιβλία δύο θεωρήματα μὲν ἤτοι διαγράμματα ρκε', λήμματα δὲ λη'.

Κωνικῶν η'.

30 *Τὰ Εὐκλείδου βιβλία δ' κωνικῶν Ἀπολλώνιος ἀναπληρώσας καὶ προσθεὶς ἕτερα δ' παρέδωκεν η' κωνικῶν τεύχη. Ἀρισταῖος δέ, ὃς γέγραφε τὰ μέχρι τοῦ νῦν ἀναδιδόμενα στερεῶν τόπων τεύχη ε' συνεχῆ τοῖς κωνικοῖς, ἐκάλει [καὶ οἱ πρὸ Ἀπολλωνίου] τῶν τριῶν κωνικῶν γραμμῶν τὴν μὲν ὀξυγωνίου, τὴν δὲ ὀρθογωνίου, τὴν δὲ ἀμβλυγωνίου κώνου τομήν. ἐπεὶ δ' ἐν ἑκάστῳ τῶν τριῶν τούτων κώνων διαφόρως τεμνομένων αἱ γ' γίνονται γραμμαί, διαπορήσας, ὡς φαίνεται, Ἀπολλώνιος τί δήποτε ἀποκλη-*

---

4. *Τὰ μὲν* — 14. *γεγραμμένα* interpolatori tribuit *Hu* 4. *ἐπίπεδα Ha* pro *ἐπιπέδωι* *τοῦτ' Ha* 5. *δείκνυνται Ha* 6. *ὕστερα* S 7. *ταξεις* (sine acc.) A, corr. BS 11. *ἀναδεδομένα Hu* pro *ἀναδιδομένων* 13. *ὡς ἂν τοῖς ἤδη δυνατοῖς οὖσι ταῦτα παραλαμβάνειν Ha, ὡς ἂν ἤδη δυνατοῖς οὖσι τὰ τοιαῦτα παραλαμβάνειν Hu* 15. *δύο βιβλία Hu* *μὲν* om. *Ha* 18. *ἀναπλώσας* AB, corr. Paris. 2368 SV 20. *ἀρισταιας* (sine acc.) A, corr. S *γέγραφε Hu, γράφει* ABS, *ἔγραψε Ge* *τὰ Ha, καὶ* BS, om. A 22. *καὶ οἱ πρὸ Ἀπολλωνίου* del. *Hu* 24. *ἐπειδὴ ἐν Ha* 25. *κώνων* idem pro *κωνικῶν*

cundo libro problema de duobus semicirculis, cuius hypothesis decem casus[1]) habet; suntque in his complures subdivisiones determinativae propter datam rectae magnitudinem.

[Haec igitur plana in loco de resolutione reperiuntur, quae etiam priora demonstrata sunt praeter Eratosthenis medietates, quae ultimum locum obtinent. Sed post plana deinceps solidorum contemplationem ordo requirit. Iam solida problemata non tam ea vocantur, quae in solidis figuris proponuntur, sed quae, cum per plana demonstrari non possint, per tres conicas lineas demonstrantur, quapropter de his prius scribere necesse est. Ac conicorum elementorum prius Aristaei maioris quinque libri editi erant, in eorum usum qui eiusmodi *problemata* iam percipere valerent, compendiosius conscripti.]

Duo inclinationum libri theoremata sive diagrammata CXXV, lemmata XXXVIII habent.

CONICORUM LIBRI OCTO.

Euclidis quattuor conicorum libros Apollonius ita complevit, ut quattuor aliis additis *omnino* octo conicorum volumina *studiosis mathematicorum* traderet. *Ante hunc* Aristaeus, qui solidorum locorum volumina quinque, adhuc usque prostantia, tamquam supplementum conicorum doctrinae scripsit, [perinde atque ii qui ante Apollonium fuerant] trium conicarum linearum primam coni acutanguli, secundam rectanguli, tertiam obtusanguli sectionem appellaverat. Sed quoniam in quovis horum conorum genere, prout secantur, tres illae lineae existunt, Apollonium haesitavisse apparet, qua tandem distinc-

1) "Semicirculorum nempe status quintuplex: circulis contingentibus intus, contingentibus extrinsecus, nullibi occurrentibus altero incluso, nullibi occurrentibus incluso neutro, secantibus. In statu autem unoquoque gemina erit semicirculorum positio: ad partes baseos aut easdem aut contrarias. En tibi decem, ni fallor, hypotheseos casus, quos Pappus innuit". Horsley praef. p. 3.

* * *γραμμαι* A 26. *ἀποκληρώσαντες* diserte enotatum est ex A, *ἀποπληρώσαντες* BSV Paris. 2368, *ἀποκληρώσαντο* *Ha*

ρώσαντες οἱ πρὸ αὐτοῦ ἣν μὲν ἐκάλουν ὀξυγωνίου κώνου τομὴν δυναμένην καὶ ὀρθογωνίου καὶ ἀμβλυγωνίου εἶναι, ἣν δὲ ὀρθογωνίου εἶναι δυναμένην ὀξυγωνίου τε καὶ ἀμβλυγωνίου, ἣν δὲ ἀμβλυγωνίου δυναμένην εἶναι ὀξυγωνίου τε καὶ ὀρθογωνίου, μεταθεὶς τὰ ὀνόματα καλεῖ τὴν μὲν ὀξυγωνίου καλουμένην ἔλλειψιν, τὴν δὲ ὀρθογωνίου παραβολήν, τὴν δὲ ἀμβλυγωνίου ὑπερβολήν, ἑκάστην ἀπό τινος ἰδίου συμβεβηκότος. χωρίον γάρ τι παρά τινα γραμμὴν παραβαλλόμενον ἐν μὲν τῇ ὀξυγωνίου κώνου τομῇ ἐλλεῖπον γίνεται τετραγώνῳ, ἐν δὲ τῇ ἀμβλυγωνίου ὑπερβάλλον τετραγώνῳ, ἐν δὲ τῇ ὀρθογωνίου οὔτε ἐλλεῖπον οὔθ' ὑπερβάλ-
31 *λον. [τοῦτο δ' ἔπαθεν μὴ προσεννοήσας ὅτι κατά τινα ἰδίαν πτῶσιν τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου τὸν κῶνον (καὶ γεννῶντος τρεῖς γραμμὰς) ἐν ἑκάστῳ τῶν κώνων ἄλλη καὶ ἄλλη τῶν γραμμῶν γίνεται, ἣν ὠνόμασεν ἀπὸ τῆς ἰδιότητος τοῦ κώνου. ἐὰν γὰρ τὸ τέμνον ἐπίπεδον ἀχθῇ παράλληλον μιᾷ τοῦ κώνου πλευρᾷ, γίνεται μία μόνη τῶν τριῶν γραμμῶν, ἀεὶ ἡ αὐτή, ἣν ὠνόμασεν ὁ Ἀρισταῖος ἐκείνου τοῦ τμηθέντος κώνου τομήν.]*

32 *Ὁ δ' οὖν Ἀπολλώνιος οἷα περιέχει τὰ ὑπ' αὐτοῦ γραφέντα κωνικῶν η' βιβλία λέγει κεφαλαιώδη θεὶς προδήλωσιν ἐν τῷ προοιμίῳ τοῦ πρώτου ταύτην· "περιέχει δὲ τὸ μὲν πρῶτον τὰς γενέσεις τῶν τριῶν τομῶν καὶ τῶν ἀντικειμένων καὶ τὰ ἐν αὐταῖς ἀρχικὰ συμπτώματα ἐπὶ πλεῖον καὶ καθόλου μᾶλλον ἐξητασμένα παρὰ τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων γεγραμμένα. τὸ δὲ δεύτερον τὰ περὶ τὰς διαμέτρους καὶ τοὺς ἄξονας τῶν τομῶν [καὶ τῶν ἀντικειμένων] συμβαίνοντα καὶ*

---

4. *εἶναι δυναμένην* B *ὀξυγώνιοντε* A, corr. BS 7. *ἀπό* SV, *δ' ἀπό* A, *δὲ ἀπό* B[s] *Ha*, *γ' ἀπό Hu* 10. *ἐν δὲ τῇ ἀμβλ. — τετραγώνῳ* om. B[1] *Ha* 12. *τοῦτο δ' ἔπαθεν* (scil. *ὁ Ἀρισταῖος*) — 19. *τομήν* interpolatori tribuit *Hu* 12. *δεπαθὲν* A, distinxerunt et acc. corr. BS *προσνοήσας* ABS, *προνοήσας Ha*, corr. *Hu* 13. *ἰδίαν Hu* pro *μίαν* 13. 14. verba *καὶ γεννῶντος τρεῖς γραμμὰς* alter interpolator interpolato iam loco inseruisse videtur 14. *ἄλλην καὶ ἄλλην* ABS, corr. *Ha* 15. *ὠνόμασεν Hu* pro *ὠνόμασαν* 17. *μια μονη* (sine acc.) A, corr. BS 18. *ἐκεῖνος Ha* 20. *Ὁ γοῦν Hu* 22. *περι-*

tione usi priores *mathematici* aliam acutanguli coni sectionem vocavissent, quae et rectanguli et obtusanguli esse posset, aliam rectanguli, quae et acutanguli et obtusanguli posset esse, aliam denique obtusanguli, quae posset esse et acutanguli et rectanguli. Quapropter mutatis nominibus eam *sectionem* quae acutanguli dicebatur, ellipsim, quaeque rectanguli, parabolam, denique quae obtusanguli, hyperbolam, singulas a peculiari quodam accidente nuncupavit. Etenim rectangulum ad rectam quandam applicatum in sectione acutanguli coni deficit (*ἐλλείπει*) quadrato, in *sectione* obtusanguli excedit (*ὑπερβάλλει*) quadrato, denique in *sectione* rectanguli *coni applicatum* (*παραβαλλόμενον*) neque deficit neque excedit[1]. [Sed hoc accidit *Aristaeo*, quoniam non animadvertit per peculiarem quendam casum planitiei conum secantis[2] in quovis cono singulas lineas existere, quas e proprietate coni appellavit. Nam si planities secans uni coni lateri parallela ducitur, una tantum illarum trium linearum semperque eadem existit, quam Aristaeus illius secti coni sectionem appellavit.]

Iam vero Apollonius, quae octo conicorum libris ab ipso conscriptis contineantur, dicit in exordio primi libri hanc praeviam explicationem summatim proponens: "Continet primus liber generationes trium *coni* sectionum et earum quae oppositae dicuntur, tum principalia illarum accidentia, uberius et magis in universum quam ab aliis, qui de eo argumento scripserunt, elaborata. Secundus liber *complectitur* ea quae ad diametros et axes sectionum [et oppositarum] pertinent,

1) Vide Apollonii conic. 1 prop. 11—13, et conf. H. Balsam, *des Apollonius sieben Bücher über Kegelschnitte*, Berolini 1861, p. 18—23; Herm. Hankel, *Geschichte der Mathematik*, p. 98 sq. 150.

2) Sequuntur in codice verba *καὶ γεννῶντος τρεῖς γραμμάς* "*et tres lineas efficientis*", de quibus v. adnot. ad Graeca.

ἔχει δὲ τὸ cet.] vide Apollonium ab Halleio editum p. 8   23. *τῶν ἀντικειμένων Ha* ex Apollonio pro *τὰς ἀντικειμένας*   24. *καὶ* ex Apollonio add. *Ha*   25. *ἐξειργασμένα* Apollonius   27. *καὶ τῶν ἀντικειμένων* non leguntur apud Apoll.

τὰς ἀσυμπτώτους, καὶ ἄλλα γενικὴν καὶ ἀναγκαίαν χρείαν παρεχόμενα πρὸς τοὺς διορισμούς· τίνας δὲ διαμέτρους ἢ τίνας ἄξονας καλῶ εἰδήσεις ἐκ τούτου τοῦ βιβλίου. τὸ δὲ τρίτον πολλὰ καὶ παντοῖα χρήσιμα [τὰ] πρός τε τὰς συνθέσεις τῶν στερεῶν τόπων καὶ τοὺς διορισμούς, ὧν τὰ πλείονα καὶ καλὰ καὶ ξένα κατανοήσαντες εὕρομεν μὴ συντιθέμενον ὑπὸ Εὐκλείδου τὸν ἐπὶ τρεῖς καὶ δʹ γραμμὰς τόπον, ἀλλὰ μόριόν τι αὐτοῦ καὶ τοῦτο οὐκ εὐτυχῶς· οὐ γὰρ δυνατὸν ἄνευ τῶν προειρημένων τελειωθῆναι τὴν σύνθεσιν. τὸ δὲ δʹ, ποσαχῶς αἱ τῶν κώνων τομαὶ ἀλλήλαις τε καὶ τῇ τοῦ κύκλου περιφερείᾳ συμπίπτουσιν, καὶ ἐκ περισσοῦ, ὧν οὐδέτερον ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν γέγραπται, κώνου τομὴ κύκλου περιφερείᾳ [κατὰ πόσα σημεῖα συμβάλλει] καὶ ἀντικείμεναι ἀντικειμέναις κατὰ πόσα σημεῖα συμβάλλουσιν. τὰ δὲ λοιπὰ δʹ περιουσιαστικώτερα· ἔστι γὰρ τὸ μὲν περὶ ἐλαχίστων καὶ μεγίστων ἐπὶ πλεῖον, τὸ δὲ περὶ ἴσων καὶ ὁμοίων τομῶν, τὸ δὲ διοριστικῶν θεωρημάτων, τὸ δὲ κωνικῶν προβλημάτων διωρισμένων".

33 *Ἀπολλώνιος μὲν ταῦτα. ὃν δέ φησιν ἐν τῷ τρίτῳ τόπον ἐπὶ γʹ καὶ δʹ γραμμὰς μὴ τετελειῶσθαι ὑπὸ Εὐκλείδου, οὐδ' ἂν αὐτὸς ἠδυνήθη οὐδ' ἄλλος οὐδεὶς [ἀλλ' οὐδὲ μικρόν τι προσθεῖναι τοῖς ὑπὸ Εὐκλείδου γραφεῖσιν] διά γε μόνων τῶν προδεδειγμένων ἤδη κωνικῶν ἄχρι τῶν κατ' Εὐκλείδην, ὡς καὶ αὐτὸς μαρτυρεῖ λέγων ἀδύνατον εἶναι*
34 *τελειωθῆναι χωρὶς ὧν αὐτὸς προγράφειν ἠναγκάσθη. [ὁ δὲ Εὐκλείδης ἀποδεχόμενος τὸν Ἀρισταῖον ἄξιον ὄντα ἐφ' οἷς ἤδη παραδεδώκει κωνικοῖς, καὶ μὴ φθάσας ἢ μὴ θελήσας ἐπικαταβάλλεσθαι τούτων τὴν αὐτὴν πραγματείαν, ἐπιει-*

---

1. *αλλας· ἐνικὴν* A(BS), ex Apoll. corr. *Ha* 4. *πολλὰ καὶ παράδοξα θεωρήματα χρήσιμα πρός τε* cet. Apoll. *τὰ* expunctum in V del. *Hu* 5. 6. *ὧν τὰ πλεῖστα καλὰ καὶ ξένα. ἃ καὶ κατανοήσαντες συνείδομεν* Apoll. 6. *καὶ* ante *καλὰ* cum Apollonio om. V *Ha* 8. *τι*] *τὸ τυχὸν* Apoll. 9. *τῶν προσευρημένων ἡμῖν* Apoll. 11. *συμβάλλουσι* Apoll. *ἄλλα* ante *ἐκ περισσοῦ* ex Apoll. add. *Ha* 12. *πρὸς* AB, corr. S 13. 14. *κώνου τομὴ ἢ κύκλου περιφέρεια καὶ ἔτι ἀντικείμεναι* cet. Apoll. 13. *περιφερεια* (sine acc.) A, corr. BS *κατὰ*

item *doctrinam de rectis* asymptotis aliaque quae et generalem et necessarium usum ad determinationes praebent: quos autem appellem diametros et quos axes, ex hoc libro cognosces. Tertius liber multa et varia *theoremata continet* utilia ad solidorum locorum compositiones et determinationes, quorum cum plurima et egregia et insolita esse cognovissemus, ab Euclide locum ad tres et quattuor lineas non compositum esse invenimus, nisi quod particulam quandam, ac ne hanc quidem feliciter, *attigit*. Neque enim fieri poterat, ut sine iis quae diximus *theorematis* compositio absolveretur. Quartus liber *demonstrat,* quot modis conorum sectiones et inter sese et circuli circumferentiae occurrant, atque insuper, quorum neutrum a superioribus explicatum est, in quot punctis coni sectio circuli circumferentiae et oppositae *sectiones* oppositis occurrant. Reliqui autem quattuor libri ad abundantiorem scientiam pertinent. Etenim quintus de minimis et maximis uberius agit, sextus de aequalibus similibusque *coni* sectionibus, septimus de theorematis, quae determinandi vim habent, octavus de conicis problematis determinativis".

Haec igitur Apollonius. Sed quod in tertio libro locum ad tres et quattuor lineas ab Euclide confectum esse negat, neque ipse neque alius quisquam per ea tantum conica *theoremata,* quae usque ad Euclidis aetatem demonstrata erant, *illum locum solvere* potuisset, ut ipse testatur negans sine iis, quae ipse antea demonstrare coactus fuerit, *illa* absolvi posse. [Euclides cum probaret Aristaeum iam propter ea quae ediderat conica auctoritatem *quandam* assecutum, neque aut illum praevenire aut eiusdem disciplinae fundamenta statim post

---

πόσα σημεῖα συμβάλλει del. *Hu* 15. *περι ους αστικώτερα* A(B), corr. S 16. *μεγίστων τῶν* ABS, *τῶν* del. *Ha* 17. *τομῶν κώνου· τὸ δὲ περὶ διοριστικῶν* Apoll. 18. *προβλημάτων κωνικῶν* Apoll. 20. *τελειωθῆναι Ha* 21. *οὔτ' ἂν — οὔτ' Ha* 21. 22. *ἀλλ' οὐδὲ — γραφεῖσιν* del. *Hu* 25. *ὁ δὲ Εὐκλείδης* — p. 678, 15. *τοιοῦτός ἐστιν* scholiastae cuidam historiae quidem veterum mathematicorum non imperito, sed qui dicendi genere languido et inconcinno usus sit,, tribuit *Hu* 26. *ἀριστέα* ABS, corr. *Ha* 27. *παραδέδωκε* B[s] *Ha*, *παρεδεδώκει Ge* 28. *τούτῳ Hu*

*κέστατος ὢν καὶ πρὸς ἅπαντας εὐμενὴς τοὺς καὶ κατὰ πο-
σὸν συναύξειν δυναμένους τὰ μαθήματα, ὡς δεῖ, καὶ μη-
δαμῶς προσκρουστικὸς ὑπάρχων, καὶ ἀκριβὴς μὲν οὐκ ἀλα-
ζονικὸς δὲ καθάπερ οὗτος, ὅσον δυνατὸν ἦν δεῖξαι τοῦ
τόπου διὰ τῶν ἐκείνου κωνικῶν ἔγραψεν, οὐκ εἰπὼν τέλος
ἔχειν τὸ δεικνύμενον· τότε γὰρ ἦν ἀναγκαῖον ἐξελέγχειν,
νῦν δ' οὐδαμῶς, ἐπείτοι καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς κωνικοῖς ἀτελῆ*
35 *τὰ πλεῖστα καταλιπὼν οὐκ εὐθύνεται. προσθεῖναι δὲ τῷ
τόπῳ τὰ λειπόμενα δεδύνηται προφαντασιωθεὶς τοῖς ὑπὸ
Εὐκλείδου γεγραμμένοις ἤδη περὶ τοῦ τόπου καὶ συσχολά-
σας τοῖς ὑπὸ Εὐκλείδου μαθηταῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πλεῖστον
χρόνον, ὅθεν ἔσχε καὶ τὴν τοιαύτην ἕξιν οὐκ ἀμαθῆ. οὗτος
δὲ ὁ ἐπὶ γ' καὶ δ' γραμμὰς τόπος, ἐφ' ᾧ μέγα φρονεῖ
προσθεὶς χάριν ὀφείλειν εἰδέναι τῷ πρώτῳ γράψαντι, τοι-*
36 *οὗτός ἐστιν.] ἐὰν γάρ, θέσει δεδομένων τριῶν εὐθειῶν,
ἀπό τινος [τοῦ αὐτοῦ] σημείου καταχθῶσιν ἐπὶ τὰς τρεῖς
ἐν δεδομέναις γωνίαις εὐθεῖαι, καὶ λόγος ᾖ δοθεὶς τοῦ ὑπὸ
δύο κατηγμένων περιεχομένου ὀρθογωνίου πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς
λοιπῆς τετράγωνον, τὸ σημεῖον ἅψεται θέσει δεδομένου
στερεοῦ τόπου, τουτέστιν μιᾶς τῶν τριῶν κωνικῶν γραμ-
μῶν. καὶ ἐὰν ἐπὶ δ' εὐθείας θέσει δεδομένας καταχθῶσιν
εὐθεῖαι ἐν δεδομέναις γωνίαις, καὶ λόγος ᾖ δοθεὶς τοῦ ὑπὸ
δύο κατηγμένων πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν λοιπῶν δύο κατηγμένων,
ὁμοίως τὸ σημεῖον ἅψεται θέσει δεδομένης κώνου τομῆς.*
37 *[ἐὰν μὲν γὰρ ἐπὶ δύο μόνας, ἐπίπεδος ὁ τόπος δέδεικται·]
ἐὰν δὲ ἐπὶ πλείονας τεσσάρων, ἅψεται τὸ σημεῖον τόπων
οὐκέτι γνωρίμων, ἀλλὰ γραμμῶν μόνον λεγομένων [ποδα-
πῶν δὲ ἢ τινα ἐχουσῶν ἴδια οὐκέτι], ὧν μίαν οὐδέ τινα*

---

7. *ἐπίτοι* A, corr. BS 10. *συσχολάσας Hu* pro *σχολάσας* 11. *ὑπ' Εὐκλείδῃ Hu* 12. *τοιαύτην Hu* pro *τοσαύτην* *οὐκ ἂν παθῆ* A(BS), *εἰκαιοπαθῆ Hu* Fleckeiseni annal. 1873 p. 224, corr. Friedleinius *Literarisches Centralblatt* 1871 p. 712 14. *ὀφείλειν Hu* pro *ὀφείλων* 16. *τοῦ αὐτοῦ* del. *Hu* 19. *ἅψεται Ha* pro *ἅπτεται* 22. *λόγοις* A; sed *ι* erasum est 24. *ἅπτεσθαι* ABS, *ἅπτεται* V, corr. *Ha* 25. *ἐὰν μὲν γὰρ — δέδεικται* et 27. 28. *ποδαπῶν — οὐκέτι* interpolatori tribuit *Hu* 27. 28. *ποδαπῶν δὲ ἢ τίνα ἐχουσῶν ἴδια*

illum iacere vellet, quippe qui modestissimus esset et benignus erga omnes qui vel mediocriter mathematicam disciplinam promovere possent, ut necesse est, ac neutiquam importunus, sed accuratus quidem, nec tamen gloriosus sicut ille, quantum de eo *quem diximus* loco per illius conica demonstrari poterat, conscripsit ita ut demonstrationem nondum ad finem perductam esse concederet. Nam sic eum reprehendi necesse fuisset, nunc vero minime, siquidem ipse quoque *Apollonius*, quod in conicis plurima imperfecta reliquit, non incusatur. Attamen *Apollonius* huic loco ea quae desiderabantur potuit adiungere, cum et antea ad eas res animo concipiendas instructus esset iis libris, quos iam de eodem loco Euclides scripserat, et Euclidis discipulorum consuetudine diutissime Alexandriae uteretur, unde etiam animi habitum illum non indocilem habuit. Sed hic ad tres et quattuor lineas locus, quo magnopere gloriatur *simul* addens ei qui primus conscripserit gratiam habendam esse, sic se habet.] Si enim, tribus rectis positione datis, a quodam puncto ad has tres in datis angulis rectae ducantur, et proportio rectanguli sub duabus ductis contenti ad quadratum ex reliqua data sit, punctum continget locum solidum positione datum, id est unam e tribus lineis conicis. Et si ad quattuor rectas positione datas rectae ducantur in datis angulis, et proportio rectanguli sub duabus ductis contenti ad rectangulum sub duabus reliquis ductis contentum data sit, similiter punctum continget coni sectionem positione datam. [Nam si ad duas tantum *rectas positione datas rectae ducantur in datis angulis*, planum locum esse demonstratum est *supra cap. 25, VI.*] Sin vero ad plures quam quattuor *rectas positione datas rectae ducantur in datis angulis*, punctum continget locos, qui *vulgari ratione* iam cognosci non possunt, sed lineae tantum

---

margini olim interpolator adscripsisse, *οὐκέτι* autem casu ex priore *οὐκέτι* repetitum esse videtur 28. *οὐδέ τινα Hu* pro *οὐδὲ τὴν πρώτην καὶ* (scilicet *τὴν πρώτην* corruptum est ex *τὴν α̅*, quod pro *τινα* librarius aliquis legit)

συμφανεστάτην εἶναι δοκοῦσαν συντεθείκασιν ἀναδείξαντες
38 *χρησίμην οὖσαν. αἱ δὲ προτάσεις αὐτῶν εἰσιν· ἐὰν ἀπό*
τινος σημείου ἐπὶ θέσει δεδομένας εὐθείας πέντε κατα-
χθῶσιν εὐθεῖαι ἐν δεδομέναις γωνίαις, καὶ λόγος ᾖ δεδο-
μένος τοῦ ὑπὸ τριῶν κατηγμένων περιεχομένου στερεοῦ
παραλληλεπιπέδου ὀρθογωνίου πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν λοιπῶν
δύο κατηγμένων καὶ δοθείσης τινὸς περιεχόμενον παραλ-
ληλεπίπεδον ὀρθογώνιον, ἅψεται τὸ σημεῖον θέσει δεδο-
μένης γραμμῆς. ἐάν τε ἐπὶ ϛʹ, καὶ λόγος ᾖ δοθεὶς τοῦ
ὑπὸ τῶν τριῶν περιεχομένου προειρημένου στερεοῦ πρὸς
τὸ ὑπὸ τῶν λοιπῶν τριῶν, πάλιν τὸ σημεῖον ἅψεται θέσει
δεδομένης. ἐὰν δὲ ἐπὶ πλείονας τῶν ϛʹ, οὐκέτι μὲν ἔχουσι
λέγειν, ἐὰν λόγος ᾖ δοθεὶς τοῦ ὑπὸ τῶν δʹ περιεχομένου
τινὸς πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν λοιπῶν, ἐπεὶ οὐκ ἔστι τι περιεχό-
39 *μενον ὑπὸ πλειόνων ἢ τριῶν διαστάσεων. συγκεχωρήκασι*
δὲ ἑαυτοῖς οἱ βραχὺ πρὸ ἡμῶν ἑρμηνεύειν τὰ τοιαῦτα, μηδὲ
ἓν μηδαμῶς διάληπτον σημαίνοντες, τὸ ὑπὸ τῶνδε περι-
εχόμενον λέγοντες ἐπὶ τὸ ἀπὸ τῆσδε τετράγωνον ἢ ἐπὶ τὸ
ὑπὸ τῶνδε. παρῆν δὲ διὰ τῶν συνημμένων λόγων ταῦτα
καὶ λέγειν καὶ δεικνύναι καθόλου καὶ ἐπὶ τῶν προειρημέ-
40 *νων προτάσεων καὶ ἐπὶ τούτων τὸν τρόπον τοῦτον· ἐὰν*
ἀπό τινος σημείου ἐπὶ θέσει δεδομένας εὐθείας καταχθῶ-
σιν εὐθεῖαι ἐν δεδομέναις γωνίαις, καὶ δεδομένος ᾖ λόγος
ὁ συνημμένος ἐξ οὗ ἔχει μία κατηγμένη πρὸς μίαν καὶ
ἑτέρα πρὸς ἑτέραν, καὶ ἄλλη πρὸς ἄλλην, καὶ ἡ λοιπὴ
πρὸς δοθεῖσαν, ἐὰν ὦσιν ζʹ, ἐὰν δὲ ηʹ, καὶ ἡ λοιπὴ πρὸς
λοιπήν, τὸ σημεῖον ἅψεται θέσει δεδομένης γραμμῆς· καὶ
ὁμοίως ὅσαι ἂν ὦσιν περισσαὶ ἢ ἄρτιαι τὸ πλῆθος. τού-
των, ὡς ἔφην, ἑπομένων τῷ ἐπὶ τέσσαρας τόπῳ οὐδὲ ἓν
41 *συντεθείκασιν ὥστε τὴν γραμμὴν εἰδέναι. [ταῦθ᾽ οἱ βλέ-*

9. *ἐὰν δὲ* Paris. 2368 SV 10. *προειρημένου Hu* pro *καὶ εἰρημένου* 13. *ἐὰν* add. *Hu* 16. *δ᾽ ἐν ἑαυτοῖς Hu* 17. et 19. *ὑπὸ τῶν δʹ Ha* 22. *εὐθείας* om. *Ha* 23. post *καὶ* repetunt *δεδομέναις γωνίαις καὶ* AB *ὁ* ante *λόγος* add. B[s] *Ha* 24. *μια κατηγμένην* A, corr. BS post *μίαν* add. *κατηγμένην Ha* 28. *αἴτιαι* A, corr. Paris. 2368 SV (*ἄρτιοι Ha* et ex silentio B) 30. *τεθείκασιν* A, sed super vs. *οὖν* add. pr. m., unde *οὖν τεθείκασιν* BS, corr. *Hu* *τοῦθ᾽ Ha*

vocantur [quales vero sint quasque proprietates habeant, non item *liquet*]. Quarum unam quandam, quae nequaquam inter maxime conspicuas esse videtur, composuerunt (*sive synthetice constituerunt*) eiusque utilitatem demonstraverunt. His autem propositionibus ea *quae diximus* constant: Si a quodam puncto ad rectas quinque positione datas ducantur rectae in datis angulis, sitque data proportio parallelepipedi solidi rectanguli sub tribus ductis contenti ad parallelepipedum rectangulum sub duabus reliquis et datâ quadam contentum, punctum continget lineam positione datam. Et si ad sex *rectas ducantur*, sitque data proportio solidi quod diximus sub tribus contenti ad id quod reliquis tribus continetur, iterum punctum continget lineam positione datam. Sin vero ad plures quam sex *ducantur*, non amplius dicere licet "si proportio data sit *solidi* cuiusdam sub quattuor *rectis* contenti ad id quod sub reliquis tribus continetur", quoniam nihil est quod sub pluribus quam tribus dimensionibus contineatur. Verum ii qui paulo ante nos fuerunt sibi ipsi concesserunt, ut eiusmodi res interpretarentur neque tamen quidquam perspicue proferrent, cum rectangulum sub his *rectis* contentum cum quadrato ab hac vel cum rectangulo sub his *contento* multiplicarent. At vero per compositas proportiones haec et enuntiare et generaliter demonstrare licebat non solum in superioribus propositionibus, sed etiam in his de quibus nunc agimus hunc in modum: Si a quodam puncto ad rectas positione datas ducantur rectae in datis angulis, ac data sit proportio composita ex ea, quam una ducta habet ad unam, eaque, quam altera ad alteram, tum ea, quae alia ad aliam, denique ea, quam reliqua ad datam, si sint septem, sin vero octo, reliqua ad reliquam: punctum continget lineam positione datam. Ac perinde quotcunque vel pares numero vel impares *rectae ducentur*. Etsi haec, ut dixi, locum ad quattuor *rectas* sequuntur, nihil admodum ita composuerunt (*sive synthetice demonstrarunt*), ut illa linea cognosci posset. [Haec

(invitis ABS) *ταῦθ' οἱ* — p. 682, 20. *στοιχείων* interpolatori tribuit *Hu*; exciderunt autem eodem loco pauciora plurave genuina Pappi verba

πόντες ἥκιστα ἐπαίρονται, καθάπερ οἱ πάλαι καὶ τῶν τὰ κρείττονα γραψάντων ἕκαστοι· ἐγὼ δὲ καὶ πρὸς ἀρχαῖς ἔτι τῶν μαθημάτων καὶ τῆς ὑπὸ φύσεως προκειμένης ζητημάτων ὕλης κινουμένους ὁρῶν ἅπαντας, αἰδούμενος ἐγὼ καὶ δείξας γε πολλῷ κρείσσονα καὶ πολλὴν προφερόμενα ὠφέλειαν. . . ἵνα δὲ μὴ κεναῖς χερσὶ τοῦτο φθεγξάμενος ὧδε
42 *χωρισθῶ τοῦ λόγου, ταῦτα δώσω τοῖς ἀναγνοῦσιν· ὁ μὲν τῶν τελείων ἀμφοιστικῶν λόγος συνῆπται ἔκ τε τῶν ἀμφοισμάτων καὶ τῶν ἐπὶ τοὺς ἄξονας ὁμοίως κατηγμένων εὐθειῶν ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς κεντροβαρικῶν σημείων, ὁ δὲ τῶν ἀτελῶν ἔκ τε τῶν ἀμφοισμάτων καὶ τῶν περιφερειῶν, ὅσας ἐποίησεν τὰ ἐν τούτοις κεντροβαρικὰ σημεῖα, ὁ δὲ τούτων τῶν περιφερειῶν* λόγος συνῆπται *δῆλον ὡς ἔκ τε τῶν κατηγμένων καὶ ὧν περιέχουσιν αἱ τούτων ἄκραι, εἰ καὶ εἶεν πρὸς τοῖς ἄξοσιν ἀμφοιστικῶν, γωνιῶν. περιέχουσι δὲ αὗται αἱ προτάσεις, σχεδὸν οὖσαι μία, πλεῖστα ὅσα καὶ παντοῖα θεωρήματα γραμμῶν τε καὶ ἐπιφανειῶν καὶ στερεῶν, πάνθ' ἅμα καὶ μιᾷ δείξει καὶ τὰ μήπω δεδειγμένα καὶ τὰ ἤδη ὡς καὶ τὰ ἐν τῷ δωδεκάτῳ τῶνδε τῶν στοιχείων.*]

Ἔχει δὲ τὰ η' βιβλία τῶν Ἀπολλωνίου κωνικῶν θεωρήματα ἤτοι διαγράμματα υπζ', λήμματα δὲ [*ἤτοι λαμβανόμενά ἐστιν εἰς αὐτὰ*] *ο'.*

* * *

1. *ἥκιστα πειρῶνται Hu* 2. *ἕκαστον* AS, *ἕκαστα* B, *ἕκαστος Ha*, corr. *Hu* *ἔτι Hu* pro *ἐπὶ* 3. *καὶ τῆς — ζητημάτων* om. A[1], in marg. add. A[2](BS) 5. *πολλῷ Ha* pro *πολλῶν* 7. *ἀναγινώσκουσιν* Graecus scriptor voluisse videtur, *ἀγνοοῦσιν* edidit *Ha* 8. *ἀμφοιν* (sine acc.) *στίχων* A(BS), corr. *Ha* 12. *ὅσας Ha* pro *ὅσα* *ἐν αὐτοῖς Ha* 13. *τῶν* om. *Ha* *λόγος συνῆπται* add. *Hu* * εις τε τῶν* A(BS), corr. *Ha* 15. 16. *περιέχουσαι δὲ ταυτη* A(BS), corr. *Ha* 18. *μὴ προδεδειγμένα Ha* 19. *ἤδη ὡς Ha*, *ηδεως* A (*ἡδέως* BS) *δεκάτῳ* V *τῶνδε* BS, *των δε* A, del. *Ha* 21. *η' Ha*, *ε̄* A, *πέντε* BS *ἀπολλωνίωι* A, corr. BS 22. 23. *ἤτοι λαμβ. — αὐτὰ* interpolatori tribuit *Hu* (propter similitudinem eorum quae p. 670, 2 et 672, 16 Pappus ipse scripsit, cuius a dicendi genere alienum est etiam *εἰς αὐτά* pro *ἐν αὐτοῖς*: nam agitur de lemmatis, quae insunt in libris, non quae ad libros adsumpta sunt)

qui perspiciunt minime *ad eiusmodi conatum* inducuntur, perinde ac veteres et quicunque *praeterea* emendatius scripserunt. Sed equidem cum *fere* cunctos in ipsis initiis et rerum mathematicarum et quaestionum physicarum [1]) versari viderem, cumque eius rei me puderet et ipse demonstravissem multo meliora quaeque magnam utilitatem afferrent . . . sed ne inanibus quasi manibus hoc protulerim, antequam ab hac disputatione discedo, haec offero legentibus· Figurae perfecta rotatione genitae proportionem habent compositam et ex rotantibus et ex rectis similiter ad axes ductis a gravitatis centris quae in rotantibus sunt. *Figurae* imperfecta *rotatione genitae proportionem habent compositam* et ex rotantibus et ex arcubus quos centra in his gravitatis descripserunt. Sed horum arcuum proportionem apparet compositam esse et ex ductis *ad axes* et ex angulis quos harum extremitates continent, si ad axes figurarum rotatione genitarum sint [2]). Verum hae propositiones, quae paene ad unam redigi possunt, mirum quanta quamque varia theoremata et linearum et superficierum et solidorum continent ita, ut una eademque demonstratione *probentur* omnia et quae nondum et quae iam demonstrata sunt, velut ea quae in duodecimo libro horum elementorum reperiuntur.]

Libri octo Apollonii conicorum continent theoremata sive diagrammata CCCCLXXXVII; lemmata LXX.

* * *

1) Proprie: *materiae quaestionum a natura propositae.*

2) Locum vergentis iam Graecitatis aetate conscriptum eaque de causa impeditissimum sic interpretatur Halleius: "Figurae perfecto gyro genitae rationem habent compositam ex ratione gyrantium et ex illâ rectarum similiter ad axes ductarum ab ipsarum gyrantium gravitatis centris. Ratio vero incompleto gyro genitarum fit ex ratione gyrantium et arcuum quos descripsere earundem centra gravitatis. Manifestum autem est horum arcuum rationem componi ex ratione ductarum ad axes et ex illa angulorum quos continent ductarum extremitates, si ad axes genitarum aestimantur". Quae praeterea recentiores mathematici in eo genere invenerint, v. apud Baltzer, *Elemente der Mathematik* II p. 265 edit. IV.

43 α'. Τὴν δοθεῖσαν εὐθεῖαν εἰς τὸν δοθέντα λόγον τεμεῖν.

Ἔστω ἡ μὲν δοθεῖσα εὐθεῖα ἡ ΑΒ, ὁ δὲ δοθεὶς λόγος ὁ Γ πρὸς Δ, καὶ δέον ἔστω τεμεῖν τὴν ΑΒ εἰς τὸν τῆς Γ πρὸς τὴν Δ λόγον. ἔκλινα πρὸς τὴν ΑΒ εὐθεῖαν ἐν γωνίᾳ τυχούσῃ εὐθεῖαν τὴν ΑΕ, καὶ τῇ μὲν Γ ἴσην ἀφεῖλον τὴν ΑΖ, τῇ δὲ Δ τὴν ΖΗ, καὶ ἐπιζεύξας τὴν ΒΗ ταύτῃ παράλληλον ἤγαγον τὴν ΖΘ. ἐπεὶ οὖν ἐστιν ὡς ἡ ΑΘ πρὸς ΘΒ, οὕτως ἡ ΑΖ πρὸς ΖΗ, ἴση δέ ἐστιν ἡ μὲν ΑΖ τῇ Γ, ἡ δὲ ΖΗ τῇ Δ, ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΑΘ πρὸς ΘΒ, οὕτως ἡ Γ πρὸς τὴν Δ· διῄρηται ἄρα κατὰ τὸ Θ σημεῖον, ὅπερ: ~

44 β'. Τριῶν δοθεισῶν εὐθειῶν τῶν ΑΒ ΒΓ Δ, εὑρεῖν ὡς τὴν ΑΒ πρὸς τὴν ΒΓ, οὕτως ἄλλην τινὰ πρὸς τὴν Δ.

Πάλιν ἔκλινά τινα εὐθεῖαν τὴν ΓΕ ἐν τυχούσῃ γωνίᾳ, καὶ τῇ Δ ἴσην ἀπεθέμην τὴν ΓΖ. ἐπέζευξα τὴν ΒΖ καὶ ταύτῃ παράλληλον ἤγαγον τὴν ΗΑ. γίνεται οὖν πάλιν ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΒΓ, οὕτως ἡ ΗΖ πρὸς τὴν ΓΖ, τουτέστιν πρὸς τὴν Δ· εὕρηται ἄρα ἡ ΖΗ.

Ὁμοίως κἂν ἡ τρίτη δοθῇ, τὴν τετάρτην εὑρήσομεν.

45 γ'. Ἐχέτω τὸ ΑΒ πρὸς τὸ ΒΓ μείζονα λόγον ἤπερ τὸ ΔΕ πρὸς τὸ ΕΖ· ὅτι καὶ κατὰ σύνθεσιν τὸ ΑΓ πρὸς τὸ ΓΒ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ΔΖ πρὸς τὸ ΖΕ.

Πεποιήσθω γὰρ ὡς τὸ ΑΒ πρὸς τὸ ΒΓ, οὕτως ἄλλο τι τὸ Η πρὸς τὸ ΕΖ· καὶ τὸ Η ἄρα πρὸς τὸ ΕΖ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ΔΕ πρὸς τὸ ΕΖ· μεῖζόν ἄρα ἐστὶν τὸ Η τοῦ ΔΕ. κείσθω αὐτῷ ἴσον τὸ ΘΕ. ἐπεὶ οὖν ἐστιν ὡς τὸ ΑΒ πρὸς τὸ ΒΓ, οὕτως τὸ ΘΕ πρὸς τὸ ΕΖ,

1. α' add. BS 3. ὁ Γ] $\overline{ΟΓ}$ A (sed O m. sec. in rasura), ὁ τῆς Γ Ha 4. εκλεινα (sine spir. et acc.) A, corr. BS 5. $\overline{αε}$ ABV, $\overline{αχ}$ Paris. 2368 S, ΑΗ Ha ἴση A, corr. BS 12. Β A[1] in marg. (BS) 14. εκλεινα (sine spir. et acc.) A, ἔκλινα BS ΓΕ Hu, $\overline{ΓΘ}$ AS, $\overline{γο}$ B, ΓΗ Ha 15. 16. καὶ ταύτῃ Ha, η και αυτηι (sine spir. et acc.) A, ἣ καὶ αὐτῇ S, καὶ αὐτῇ B 16. τὴν ΑΗ Ha 17. πρὸς τὴν $\overline{ΓΒ}$ ABS, corr. Ha 20. γ' add. B[s]V, β' add. S τὸ ΑΒ] scil. μέγεθος, et similiter posthac; conf. p. 688, 10 22. πρὸς τὸ $\overline{ΖΙ}$ A, corr. BS 27. τὸ ante ΕΖ add. S

LEMMATA IN LIBROS DE SECTIONE PROPORTIONIS ET SPATII.



I. Datam rectam in datam proportionem secare. Prop. 1

Sit data recta $\alpha\beta$, et data proportio $\gamma : \delta$, et necesse sit rectam $\alpha\beta$ secare in proportionem $\gamma : \delta$. Ad rectam $\alpha\beta$ sub quovis angulo inclino rectam $\alpha\varepsilon$ et rectae γ aequalem aufero $\alpha\zeta$, rectaeque δ *aequalem* $\zeta\eta$, et, iunctâ $\beta\eta$, huic parallelam duco $\zeta\vartheta$. Quoniam est $\alpha\vartheta : \vartheta\beta = \alpha\zeta : \zeta\eta$, et $\alpha\zeta = \gamma$, et $\zeta\eta = \delta$, est igitur $\alpha\vartheta : \vartheta\beta = \gamma : \delta$. Ergo *recta* $\alpha\beta$ *in datam proportionem* in puncto ϑ divisa est, q. e. d.



II. Tribus datis rectis $\alpha\beta$ $\beta\gamma$ δ, invenire aliam quandam, quae ad δ eandem proportionem atque $\alpha\beta : \beta\gamma$ habeat. Prop. 2

Rursus rectam quandam $\gamma\varepsilon$ sub quovis angulo inclino et rectae δ aequalem facio $\gamma\zeta$. Iungo $\beta\zeta$ eique parallelam duco $\alpha\eta$. Rursus igitur est $\alpha\beta : \beta\gamma = \eta\zeta : \zeta\gamma = \eta\zeta : \delta$; itaque inventa est $\zeta\eta$ *ad* δ *in eadem proportione atque* $\alpha\beta : \beta\gamma$.

Similiter etiam, si tertia data sit, quartam inveniemus.

III. Sit $\alpha\beta : \beta\gamma > \delta\varepsilon : \varepsilon\zeta$; dico etiam componendo esse $\alpha\gamma : \gamma\beta > \delta\zeta : \zeta\varepsilon$. Prop. 3



Fiat enim ut $\alpha\beta$ ad $\beta\gamma$, ita aliud quiddam, *scilicet* η, ad $\varepsilon\zeta$; ergo est $\eta : \varepsilon\zeta > \delta\varepsilon : \varepsilon\zeta$; itaque (*elem.* 5, *10*) $\eta > \delta\varepsilon$. Ponatur $\vartheta\varepsilon = \eta$. Quoniam $\alpha\beta : \beta\gamma =$

συνθέντι ἄρα ἐστὶν ὡς τὸ ΑΓ πρὸς τὸ ΒΓ, οὕτως τὸ ΖΘ πρὸς τὸ ΖΕ. τὸ δὲ ΘΖ πρὸς τὸ ΖΕ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ΔΖ πρὸς τὸ ΖΕ· *καὶ τὸ ΑΓ ἄρα πρὸς τὸ ΓΒ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ΔΖ πρὸς τὸ ΖΕ.*

46 *δ'. Πάλιν δὴ τὸ ΑΒ πρὸς τὸ ΒΓ ἐλάσσονα λόγον ἐχέτω ἤπερ τὸ ΔΕ πρὸς τὸ ΕΖ· ὅτι καὶ τὸ ΑΓ πρὸς τὸ ΓΒ ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ΔΖ πρὸς τὸ ΕΖ.*

Πάλιν γὰρ ἐπεὶ τὸ ΑΒ πρὸς τὸ ΒΓ ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ΔΕ πρὸς τὸ ΕΖ, ἐὰν ποιῶ ὡς τὸ ΑΒ πρὸς τὸ ΒΓ, οὕτως ἄλλο τι πρὸς τὸ ΕΖ, ἔσται ἔλασσον τοῦ ΔΕ. ἔστω τὸ ΕΘ· γίνεται ἄρα καὶ ὡς τὸ ΑΓ πρὸς τὸ ΓΒ, οὕτως τὸ ΘΖ πρὸς τὸ ΖΕ. τὸ δὲ ΘΖ πρὸς τὸ ΖΕ ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ΔΖ πρὸς τὸ ΖΕ· τὸ ΑΓ ἄρα πρὸς τὸ ΓΒ ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ΔΖ πρὸς τὸ ΖΕ.

47 *ε'. Ἐχέτω δὴ πάλιν τὸ ΑΒ πρὸς τὸ ΒΓ μείζονα λόγον ἤπερ τὸ ΔΕ πρὸς τὸ ΕΖ· ὅτι καὶ ἐναλλὰξ τὸ ΑΒ πρὸς τὸ ΔΕ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ΒΓ πρὸς τὸ ΕΖ.*

Πεποιήσθω γὰρ ὡς τὸ ΑΒ πρὸς τὸ ΒΓ, οὕτως ἄλλο τι πρὸς τὸ ΕΖ· φανερὸν δὴ ὅτι μεῖζον ἔσται τοῦ ΔΕ. ἔστω τὸ ΗΕ· ἐναλλὰξ ἄρα ἐστὶν ὡς τὸ ΑΒ πρὸς τὸ ΕΗ, οὕτως τὸ ΒΓ πρὸς τὸ ΕΖ. ἀλλὰ τὸ ΑΒ πρὸς τὸ ΔΕ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ΑΒ πρὸς τὸ ΕΗ, τουτέστιν ἤπερ τὸ ΒΓ πρὸς ΕΖ· καὶ τὸ ΑΒ ἄρα πρὸς τὸ ΔΕ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ΒΓ πρὸς τὸ ΕΖ.

Τὰ δ' αὐτά, κἂν ἐλάσσονα λόγον ἔχῃ, ὅτι καὶ ἐναλλάξ. ἔσται γὰρ καὶ ὡς τὸ ΑΒ πρὸς τὸ ΒΓ, οὕτως ἄλλο τι πρὸς τὸ ΕΖ· ὅτι ἔλασσον τοῦ ΔΕ. τὰ λοιπὰ τὰ αὐτά.

48 *ϛ'. Τὸ ΑΓ πρὸς τὸ ΓΒ μείζονα λόγον ἐχέτω ἤπερ τὸ ΔΖ πρὸς τὸ ΖΕ· ὅτι ἀναστρέψαντι τὸ ΓΑ πρὸς τὸ ΑΒ ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ΖΔ πρὸς τὸ ΔΕ.*

Πεποιήσθω γὰρ ὡς τὸ ΑΓ πρὸς τὸ ΓΒ, οὕτως τὸ

---

1. 2. *συνθέντι — πρὸς τὸ ΖΕ* (ante *τὸ δὲ*) om. *Ha* 2. 3. *μείζονα — ἤπερ τὸ* $\overline{\delta\zeta}$ *πρὸς τὸ* $\overline{\zeta\varepsilon}$ add. BS 5. *δ'* add. BS 15. $\overline{E}$ A[1] in marg. (BS) 20. *πρὸς τὸ ΗΕ Ha*, item vs. 22 25. *ἔχει* A, sed *ἔχῃ* corr. pr. man. 27. *ὅτι πρὸς ἐλάσσονα τοῦ* $\overline{\Delta E}$ ABS, corr. *Co* (*φανερὸν δὴ*

$\vartheta\varepsilon : \varepsilon\zeta$, componendo igitur est $\alpha\gamma : \gamma\beta = \vartheta\zeta : \zeta\varepsilon$. Sed est $\vartheta\zeta > \delta\zeta$ *quia* $\vartheta\varepsilon > \delta\varepsilon$); *itaque* (*elem. 5, 8*) $\vartheta\zeta : \zeta\varepsilon > \delta\zeta : \zeta\varepsilon$; ergo etiam $\alpha\gamma : \gamma\beta > \delta\zeta : \zeta\varepsilon$.

IV. Sit contra $\alpha\beta : \beta\gamma < \delta\varepsilon : \varepsilon\zeta$; dico item *componendo* esse $\alpha\gamma : \gamma\beta < \delta\zeta : \zeta\varepsilon$. Prop. 4



Rursus enim, quoniam $\alpha\beta : \beta\gamma < \delta\varepsilon : \varepsilon\zeta$, si faciam, ut $\alpha\beta$ ad $\beta\gamma$, ita aliud quiddam ad $\varepsilon\zeta$, hoc erit minus quam $\delta\varepsilon$*). Sit $\varepsilon\vartheta$; ergo est etiam $\alpha\gamma : \gamma\beta = \vartheta\zeta : \zeta\varepsilon$. Sed est $\vartheta\zeta : \zeta\varepsilon < \delta\zeta : \zeta\varepsilon$; ergo $\alpha\gamma : \gamma\beta < \delta\zeta : \zeta\varepsilon$.

V. Sit rursus $\alpha\beta : \beta\gamma > \delta\varepsilon : \varepsilon\zeta$; dico etiam vicissim esse $\alpha\beta : \delta\varepsilon > \beta\gamma : \varepsilon\zeta$. Prop. 5



Fiat enim, ut $\alpha\beta : \beta\gamma$, ita aliud quiddam ad $\varepsilon\zeta$; apparet igitur id maius esse quam $\delta\varepsilon$ (*supra propos. 3*). Sit $\eta\varepsilon$; ergo vicissim est $\alpha\beta : \eta\varepsilon = \beta\gamma : \varepsilon\zeta$. Sed est (*elem. 5, 8*) $\alpha\beta : \delta\varepsilon > \alpha\beta : \eta\varepsilon$, id est $> \beta\gamma : \varepsilon\zeta$; ergo etiam $\alpha\beta : \delta\varepsilon > \beta\gamma : \varepsilon\zeta$.

Item, si $\alpha\beta : \beta\gamma < \delta\varepsilon : \varepsilon\zeta$, dico vicissim *esse* $\alpha\beta : \delta\varepsilon < \beta\gamma : \varepsilon\zeta$**). Erit enim, ut $\alpha\beta : \beta\gamma$, ita aliud quiddam ad $\varepsilon\zeta$. *Apparet* id minus esse quam $\delta\varepsilon$. Reliqua similiter *ac supra*.

VI. Sit $\alpha\gamma : \gamma\beta > \delta\zeta : \zeta\varepsilon$; dico convertendo esse $\gamma\alpha : \alpha\beta < \zeta\delta : \delta\varepsilon$. Prop. 6

Fiat enim, ut $\alpha\gamma : \gamma\beta$, ita $\delta\zeta$ ad aliud quiddam; erit

*) Hoc similiter atque in tertia propositione demonstrari voluit scriptor. Idem valet de similibus locis qui in proximis lemmatis sequuntur.

**) Conf. supra III propos. 3.

ὅτι ἔλασσον τοῦ ΔE coni. *Ge*; sed φανερὸν δὴ compendio dictionis omisit scriptor) 28. ϛ' add. BS 29. ἀναστρέψαντι τὸ $\overline{EA}$ A, corr. BS

ΔΖ πρὸς ἄλλο τι· ἔσται δὴ πρὸς ἔλασσον τοῦ ΖΕ. ἔστω πρὸς τὸ ΖΗ· ἀναστρέψαντι ἄρα ἐστὶν ὡς τὸ ΓΑ πρὸς τὸ ΑΒ, οὕτως τὸ ΖΔ πρὸς τὸ ΔΗ. τὸ δὲ ΖΔ πρὸς τὸ ΔΗ ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ΖΔ πρὸς τὸ ΔΕ· καὶ τὸ ΓΑ ἄρα πρὸς τὸ ΑΒ ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ΖΔ πρὸς τὸ ΔΕ.

Ὁμοίως δὴ καὶ τὸ ΑΓ πρὸς τὸ ΓΒ ἐλάσσονα λόγον ἐχέτω ἤπερ τὸ ΔΖ πρὸς τὸ ΖΕ· ἀναστρέψαντι ἄρα *τὸ ΓΑ πρὸς τὸ ΑΒ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ΔΖ πρὸς τὸ ΔΕ. ἔσται γὰρ ὡς τὸ ΑΓ πρὸς τὸ ΓΒ, οὕτως τὸ ΔΖ πρὸς μεῖζόν τι μέγεθος τοῦ ΖΕ. καὶ τὰ λοιπὰ φανερά.*

49 *ζʹ. Ἐχέτω δὴ πάλιν τὸ ΑΒ πρὸς τὸ ΒΓ μείζονα λόγον ἤπερ τὸ ΔΕ πρὸς τὸ ΕΖ· ὅτι ἀνάπαλιν τὸ ΓΒ πρὸς τὸ ΒΑ ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ΖΕ πρὸς τὸ ΕΔ.*

Πεποιήσθω γὰρ ὡς τὸ ΑΒ πρὸς τὸ ΒΓ, οὕτως τὸ ΔΕ πρός τι· ἔσται δὴ πρὸς ἔλασσον τοῦ ΕΖ. ἔστω πρὸς τὸ ΕΗ· ἀνάπαλιν ἄρα ἐστὶν ὡς τὸ ΓΒ πρὸς τὸ ΒΑ, οὕτως τὸ ΗΕ πρὸς τὸ ΕΔ. τὸ δὲ ΗΕ πρὸς τὸ ΕΔ ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ΖΕ πρὸς τὸ ΕΔ· καὶ τὸ ΓΒ ἄρα πρὸς τὸ ΒΑ ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ΖΕ πρὸς τὸ ΕΔ.

